

Commentarii in epistolas d. Pauli: [Lefèvre  
d'Étaples, Jacques ], [1512]

CONTENTS

<i>¶COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATI PAVLI APOSTOLI LIBER DECIMVS QVI EST IN EPISTO. PRI. AD TIMOTHEVM. CAP. I. . .</i>	2
<b>CAP. I.</b>	2
<b>CAP. II.</b>	6
<b>CAP. III.</b>	10
<b>CAP. IIII.</b>	17
<b>CAP. V.</b>	23
<b>CAP. VI.</b>	29

COM.

*¶COMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATI PAVLI APOSTOLI LIBER DECIMVS QVI EST IN EPISTO. PRI. AD TIMOTHEVM. CAP. I.*

[ p.]

CAP. I.

**P**RIMA haec ad Timotheum epistola priuata est: sed publicam continet institutionem. Et praemittit vt solet sanctam salutationem apostolus dicens. ¶Paulus apostolus IHESV CHRIS TII secundum ĩperium dei saluatoris nostri et domini IHESV CHRISTI spei nostrae: Timotheo ingenuo filio in fide gratia /misericordia/ pax a deo patre et CHRISTO IHESV domino nostro. ¶ Hac sancta salutatione posita: causam Timotheo aperit cur eum relinquere voluerit Ephesi cum transmissio Aegeo mari profectus est in Macedoniam. et narrationem: litera satis continet aptam. Dicit itaque . ¶Sic rogauĩ te vt remaneres Ephesi cum proficiscerer in Macedoniam: vt praeciperes quibusdami ne varie docerenti neq̄ intenderent fabulis/ et genealogiis interminatis/ quae questiones pariunt magis q̄ gubernationem dei in fide. ¶ Quid est ne varie docerent: nisi ne aliter quam euangelicum dogma quod a spiritu sancto est docerent ? Praeterea iudaei multas fabellas habebant/ et genealogias indeterminatas: in quibus volebant potius intendere eos quos instituebant quam ad diuinae legis intentionem atque finem. Non est enim finis legis:scire huiusmodi figmenta qualia sunt innumera in Talmuth iudaeorum neque genealogias eorum quae a nullo ad amussim sunt traditae sed altercationes generant non aedificationem. Etiaũ si genealogiam Sem vsque ad Abraham ex genesil et eandem ex Luca deducere velis: non nisi altercationem pariet et nodum quem ex traditis dissoluere non possis, cuius rei ex septuaginta: concordia cognoscitur. et caput geneseos vbi describitur genealogia Sem mancum esset atque ita nobis esse legendum. Vixitque Sem postquam ge nuit Arphaxat. 500 amnis et genuit filios et filias et mortuus em. Porro Arphaxat vixit annis 135 et genuit Cainan. vixitque Arphaxat postquam genuit Cainan annis 430 et genuit filios et filias et mortuus em. Cainan cum 130 esset annorum genuit Sale. Et reliqua. Haec inq̄ finis et praecipua intentio non sunt legis: sed perfecta dei et proximi dilectio. vt finis medicinae est sanitas: non occupatio circa fabulas vanas Chironis. Esculapii Machaonis Po3 dalirii et eorum genealogias. Et quĩ i medicina em sanitas: lege est dilectio. enim perfectam » habet dilectionem: non aliter illi lege opus estq̄ sano medicina. Ideo subdit Paulus, Finis autem praecepti est dilectio ex corde puroi et conscientia bona et fide non ficta. A quibus quidam aberrantes: ad vaniloquium conuersi sunt. volunt esse legis doctores: cum non intelligant. .neque q̄ loquuntur neque de quibus affirmant. ¶ Quae dilectio perfecta sit et quam lex intendit: ostendit, est enim dilectio puri cordis conscientiae bonae et fidei non fictae, si enim cor purum non esset: quo modo esset perfecta dilectio quae est cordis et aiae spiritualis sanitas quandoquidem in corpore ĩpuroi neque est perfecta corporalis sanitas? Conscientia bona: mens est conscia boni et quae solum bonum et vere bonum vult. vt ex opposito conscientia mala: mens est conscia malil et quae malum cupit, non cum hac conscientia: sed cum illa est perfecta dilectio. Si etiam simulas te fidem habere vt perfidus Torquatus simulabat se esse Christianum: vt fidelis Tiburtius qui eum in fide illuminare voluerat raperetur ad tormenta aut idolis immolaret si inquam simulas fidem: eum simulata fide non est perfecta dilectio. sine enim fide: impossibile est placere deo. et cum simulata fides non sit fides: vir simulatae

40 fideil deo non placet immo displicet. non igitur dilectionem habet: quae est munus  
 dei quod ipse elargitur amicis. Vt igitur perfecta dilectio in nobis esse possit: sit cor  
 purum sit conscientia bona sit fides syncaera et non simulata, vt cor purum et mundum  
 habeamus: a deo efflagitemus qui summa est puritas. vt conscientiam bonam: ab eodem  
 qui summa est bonitas. fidem etiam non simulatam ab eodem: quia summa est veritas.  
 45 Qui cor purum non habent conscientiam bonam( et fidem syncaeram aberrant et vana  
 loquuntur: vt imperiti medicit nescientes et quae loquuntur et de quibus affirmant. Quo  
 in genere maxime delinquent qui iudaizant. loquuntur enim de lege: sed non intelligunt.  
 nam spiritualis est: ipsi vero carnaliter concipiunt. et figuris inhaerent: de eis affirmantes  
 quae debentur exemplaribus, tribuunt vmbrae: quae debentur veritati. Ergo dices: lex  
 50 mala est? Nequaqu mala est: nisi male vtentibus et male intelligentibus. vt et medicina  
 bona est: sed bene intelligentibus atque bene

X

I TIMO.

,vtentibus. Quod et subdit hoc pacto Paulus. (Scimus autem quod bona est lex:si quis ea  
 ,legitime vtatur, qui sciat q iusto lex posita non est: sed iniquis et rebellibus impiis et ,pec-  
 catoribus scelestis et prophanis patris et matris percussoribus) homicidis fornica,toribus  
 55 cinaedis plagiariis mendacibus periuris et si quid aliud sanae aduersatur do,ctrinae. quae  
 est secundum euangelium gloriae beati dei: cui ego creditus sum. ¶Sic facit Paulus: vt  
 qui diceret medicinam non esse positam pro sanis sed pro aegris et variarum egritudinum  
 corporis enumeraret species. sic et varios aiae morbos enumerat:aduersus quos lex po  
 sita fuiti vt variis medicamentis purificationibus et sacrificiis variis occurreret morbis si  
 60 i eos legis transgredientes praeceptalinciderent, ea enim lex vetabat: quia animae noxia.  
 vt regulae medicorum vetant quae sunt isalubria. Qui iniqui id est anomi dicantur: notum  
 est. sunt eni diuinae legis transgressores. Qui rebelles. nam sunt qui obedire nolunt i hoc  
 ordinationi diuinae obluctantes. Impii: quibus deus non aliter curae est atque si non esset.  
 Peccatores nomen generale est: etsi maxime manifestos et publicanos comprahendit.  
 65 Patris et matris percussores noti sunt. et vtinam sic non essent: vt noti essent. sub  
 quibus patri et matri con tumeliosi continentur: qui patrem et matrem non honorant quin  
 potius irreuerentur et conuiciis iniuriisque lacessunt. Homicidae plusquam par est et  
 deceret noti sunt: et vtinam nusq̄ noti essent non verentes diuinam violare imaginem et  
 quoad possunt penitus delere. Fornicatores dia boli sues: qui carnem immunde diuidunt  
 70 alienae carni adhaerentes. et hi: fornicarii carnis. Alii sunt: qui spiritum diuidunt qui  
 alieno spiritui q̄ dei adhaerent. et hi:fornicarii spiritus. Auaro; spiritui auaritia adhaeret.  
 Intemperans: spiritui luxuriae et gulae qui imundi sunt spiritus. Ambitiosus honorum:  
 adhaeret spiritui superbiae. et omnes hi fornicatores spiritus: quatenus diuidunt spiritum.  
 Cinaedi: in naturam peccant et deum qui author est naturae. et adeo infames sunt:vt  
 75 natura nomina eorum exhorrescat neque ferme eos nominet nisi per circumlocutionem,  
 quae et malet numq̄ nomina inuenta fuisse. nunq̄ enim inuenta essent: nisi natura (ser-  
 pente antiquo obtinente) viam suam corrupisset. Plagiarii sunt: qui hoies praedantur vt  
 redemptioni adigant aut i mancipia vendant. quales pyratae circa ripas maris: vt circa  
 Massiliam Montempessulanum Anconant Apuliam esse feruntur et sunt. Mendaces et  
 80 periuri hac pessima ifamiae nota no ti sunt. mendacia et periuria: falsa sunt numismatal

[ p.202 ]

quibus summae veritatis offenditur maiestas, quae ideo aeterno igni et aeternis tormentorum bullitionibus cum suis authoribus tradentur: nisi antea purgentur quae in iudicium offensus regis veniant. his omnibus et innumeris aliis quae sanctimoniae euangelicae aduersantur: varia ex lege prouisa erant remedia et pene innumera. At pro omnibus illis: Christus solus est vnica vera et sufficientissima medicina si in . agens quod ad euangelii officium commissus sibi atque dicit. ¶ Et gratias ago inualescere me facienti CHRISTO IHESV domino nostro: quod fidelem me duxit ponendo in ministerio qui prius eram blasphemus et persecutor et iniurius. Sed misericordiam consecutus sum: quia ignorans feci in infidelitate. supermultiplicata est autem gratia domini nostri cum fide et dilectione: quae est in CHRISTO IHESV. Fidelis sermo et omni acceptatione dignus: quod CHRISTVS IHESVS venit in mundum ut peccatores saluos faceret. quorum primus: ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus: ut in me primo ostenderet IHESVS CHRISTVS omnem longanimitatem ad informationem eorum qui ad vitam aeternam credituri sunt in eum. ¶ Ecce Paulus cum fuerat blasphemus persecutor iniurius infidelis et id deo licet ignorans: cum venit ad cognitionem suorum delictorum non confugit ad remedia legis ad victimas et caerimonias sed ad solum Christum qui omnium peccatorum est vera medicina. Et blasphemorum in Christum persecutorum ecclesiae et nominis eius iniuriorum et contumeliosorum primus fuit: qui cognoscitur tam aperta misericordia vocatus. ideo inter omnes blasphemos persecutores Christi et contumeliosos: se primum vocat peccatorem qui misericordiam dei consecutus est. quod ideo a dei bonitate factum dicit: ut faceret eum caeteris peccatoribus exemplum longae expectationis suae erga eos (ut eos ad misericordiam suscipiat et eis suam elargiat gratiam et suae dilectionis feruorem. Quam immensam et admirabilem erga nos Christi et dei benedictionem ¶ Regi autem saeculorum immortalis inuisibili soli sapienti deo: honor et gloria in saecula saeculorum. Amen. ¶ Nullus rex terrenus id potuit praestare hominibus nullus mortalis nulla visibilis creatura nulla sapientia potuit inuenire creata: sed solus ille qui rex saeculorum omnium est per se immortalis inuisibilis et per se sapiens. Hac laude et gratiarum actione posita: hortatur Timotheum ut secundum praecedens ei indultum donum et veritatis fidei ex spiritu prophetiae ei cognita atque ait. ¶ Hoc praeceptum commemo. eum credimus si eum diligimus et in eo confidimus. Quod et Paulus aperit: pariter gratias agnitatem Paulus considerans: erumpit in tantae bonitatis laudem et gratiarum actionem atque subdit. num prophetiarum: viriliter militiam Christi exerceat declarando et docendo ea quae sunt spiri

## COM.

do tibi fili Timothee: ut secundum praecedentes in te prophetias milites in eis bonam militiam fidem habens et bonam conscientiam, quam quidam abiicientes: in fide naufragium fecerunt. , ex quibus est Hymenaeus et Alexander: quos tradidi sathanaei ut discant non blasphemare. ¶ A domino accepit Timotheus tam praeceptum quod ei commendat Paulusque prophetiarum donum. Donum prophetiae duplex. Quidam est ad praedicendum futura: ad aliquorum salutem et aedificationem. Quidam autem: ad intelligendum scripturas prophetarum. Itaque prophetiae quas habuit Timotheus et quae magis aedificationi erant necessariae: erat intelligentia praeteritorum prophetarum de Christo et de sancta ad omnium gentium salutem in eum fide. hae enim prophetiae:

[ p.1 ]

fidei erant. Quid nam aliud factum putamus apostolis: cum dominus aperuit eis sensum  
 vt intelligerent scripturas nisi spiritum prophetiarum eis infusum per quem omnes  
 125 intelligerent prophetas? de Hy menaeo autem et Alexandro quod eos tradidit sathanae:  
 Chrysostomus excommunicationem et resecationem a corpore Christi intelligit. ita vt  
 nulla cum eis fidelium esset communio nulla spiritualium suffragiorum participatio. Et  
 haec est citra interitum et vexationem carnis et occulta sathanae traditio. Illa autem quae  
 fuit Corinthii incestuosi: manifesta fuit, cum interitu et vexatione carnis terrificata. Et id  
 130 non vt perirent: sed vt ex hac deiectione a sanctorum societate discerent non blasphemare  
 non male loqui de Christol et eius fidel et resipiscentes dignamque poenitentiam agentes  
 iterum insererentur corpori Christi. a quo separatus esti vt ouis a grege sepata et  
 praesente lupol ilico em sub lupi potestate: ita et ille continuo em sub sathane (qui  
 diabolus et serpens antiquus est) potestate. A cuius morsibus solus Christus eripit: qui  
 135 et nos semper protegat defendat eripiati rex saeculorum in omnia saecula benedictus.  
 Amem.

EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata aeditio. Timotheo dilecto  
 filio in fidel gratia et misericordia et pax. (LVocabulum quod hic vetus interpres vertit  
 dilecto: ad Philippenses cap.4 vertit germane. vbi dixit, etiam rogo et te germane conpar  
 140 designatque proprie ingenuuml proprium ac peculiarem etiam authore Hieronymo. Et  
 haec vocabula gratia misericordia pax:absque coniunctione in Paulo leguntur. Paulus.  
 τιμοθέω τμησί τέκρω μ Γίςσι, χαρις, λςοσ, ρήρη. ¶Vulgata aeditio. Sicut  
 rogauit te vt remaneres Ephesi. (Potius sic q̄ sicut: legendum. Neque enim similitu  
 dinem comparisonemue facit sed potius intendit: sic hoc pactol tali lege te rogauit quo  
 145 remaneres Ephesse vt praeciperes quibusdam ne varias iducerent doctrinas et reliqua  
 quae apostolus expressit. Paulus. κατῶς ωαρεκάλεσάσε ωροσμείφαι μ φέσ. ¶¶  
 Vul . gata aeditio. Ne aliter docerent. ¶ Potius: varie. Paulus. μὴ τερολιλασκαλε ν.  
 , ¶Vulgata aeditio. Quae questiones praestant magis q̄ aedificationem deilquae est in  
 fide. ¶Potius dicendum:q̄ dispensationensiuue gubernationem. Paulus. αιτιμεσ τητησεις  
 150 παρέχουσι μαλλομ, ι ικορομίαμ θεο τήμ μ τςει. Quid enim haec oeconomia est:  
 nisi dispensatiol regiment et gubernatio domus deil in rectae fidei alimonial ¶ Vulgata  
 aeditio. Si qs ea legitime vtatur scientes hoc quod lex iusto non est posita. ¶ Dicendum  
 est singulariter sciens: et reuocatur ad quis non ad nos. quapropter ne allucinatio fieret,  
 per relatiuum qui et verbum accommodate pro locutione resoluimus sciens sciati. Paulus.  
 155 άν τισ υτ ρομίμως χρ ται, λῶσ το το, τι λικαίσ ρουοσ ου Re ται. Et quid mirum  
 si iusto lex posita non est: quandoquidem saluator ait ? Non est , opus valentiby medico:  
 sed male habentibus. ¶ Vulgata aeditio. Sceleratis et contaminatis) patricidis et matricidis  
 homicidis fornicariis masculorum concubitoribo, plagiariis , mendacibus et periuris. ¶  
 Potius dicendum: patris et matris percussoribus. Nam de percussione patris et matris: lex  
 160 manifeste in Exodo expressa est. Qui percusserit (iquit) pa trem suum aut matrem: morte  
 moriatur. De patricidio et matricidioexpressa lex non esti quasi id tam enormes tam a  
 natura abhorrendum sit: vt nunq contingere debeat. Et de omni genere flagiciosorum  
 quos Paulus nominat: illic leges expressas comperies si diligenter exquirere volueris. Et  
 plagiarii fures surreptoresque viroorum sunt: sic dicti quod eis pedes ligent et in vincula  
 165 coniciant dum eos in mancipia vendant, aut forte se redimant. quales contingit plurimos  
 esse eiusmodi hominum fures tempore bellorum. qd̄ quidem vocabulum graecuml q̄  
 apud nos latinum magis expromit. Et sine coniunctione dicitur mendacibus periuris.  
 Paulus. αροσ ίοισ, καὶ φεφή λοις, πατραλοίαισ, καὶ μητραλοίαισ, μΑροφόροισ.

πόρροισ, ρῶμοκοίταις, μαρτολις α σ, δέυσαις, ττι ὄρκοισ. ¶ Vulgara ,aeditio.  
 170 Quod creditum est michi. ¶ Sermo conuersus, nam legitur: cui creditus sum ego. Sed  
 in idem recidit. Paulus. ο τιθε υθμμ τω. ¶ LVulgata aeditio. Gratias ago er qui me  
 confortauit in CHRISTO IHESV domino nostro. ¶ Dicendum est. Et gratias agolice  
 graece habeatur: et gratiam habeo. Nam consuetudo latina id habet: cum de deo loquimur.  
 Et id confortauit: designat vires praestititi inualescere fecit. Et quod dicit in Christo  
 175 Ihesu domino nostro: fine praepositione dici debet et eiusdem casus

I TIMO.

x

esse cum ei. est enim is cui Paulus gratias agit: et qui eum inualescere fecit qui et ei vires  
 for titudinemque suggessit. Paulus. καί χάριν ζω τ νδυμώσαντί με χριστ ησο  
 κυρίω μ ν. ¶ LVulgata aeditio. Sed misericordiam dei consecutus sum. ¶ Dei: abundati  
 etsi nichil intelligentiae officit. Paulus. λλὰ λεήθην. ¶ Vulgata aeditio. Venit in  
 180 hunc mundum. ¶ Satis est dicere: in mundum. Paulus. λθεν ε ς τὸν κόσμον. ¶ Vulgata  
 aeditio. Ostenderet CHRISTVS IHESVS. ¶ Mutatus vocabulorum ordo. dicit enim Ihesus  
 Christus. Paulus. νδείξηται ησο ς χριστός. ¶ Vulgata aeditio. Regi autem saeculorum  
 imortalit inuisibilit soli deo. ¶ Dicendum: soli sapienti deo. Deest enim sapienti. Paulus.  
 τ δὲ βασιλε τ ν α ώνων, φθάρτω, οράτω, μόν θε . Vt solus sapiens: quia solus  
 185 nichil permixtum ignorantiae habens. sic solus rex saeculorum: quia solus omnium  
 dominatur. solus immortalis: quia solus absolute interire non potest caetera autem  
 possunt. solus inuisibilis: quia caetera comprahendi possunt (comprahendi enim est  
 quodam modo videri) ipse vero solus comprahendi non potest. Et vt sacer ait Cyprianus.  
 Videri non potest: visu clarior est. nec comprahendi: tactu purior est. nec aestimari:  
 190 sensu maior est. Et ideo sic eum digne aestimamus: dum inaestimabilem ducimus. Ergo  
 cum Iacob cum Moses dicuntur deum vidisse: id non designat deum appraehendisse sed  
 aliquod vestigium et certum dei indicium attigisse. non eam ipsam incomprae hensibilem  
 quae incomprahensibilis omnia appraehendit dei naturam atque substantiam.

[ p.203 ]

CAP. II.

**N**Vnc quo modo ecclesiae ad publicam pietatem sint instituendae: informat Timo-  
 theum apostolus ac ait. ¶ Obsecro igitur primum omnium: vt fiant preces orationes  
 supplicationes gratiarum actiones pro omnibus hoibus pro regibus et omnibus qui in  
 excellentia sunt vt tranquillam et tacitam vitam degamus in omni pietate et honestate.  
 5 Nam hoc bonum et acceptabile in conspectu saluatoris nostri dei: qui omnes homines  
 vult saluos fieri et ad agnitionem venire veritatis. ¶ Ante omnia vult publicam pietatem  
 praecedere: et id deo gratum esse et acceptabile qui vult omnes homines saluos fieri et ad  
 agnitionem venire veritatis. et si venirent: omnes hoies in magna pace et tranquillitate vi-  
 tam degere possent. si venirent inquam: effectum ipso ad cognitionem veritatis. Nam sunt  
 10 qui verbo fatentur et facto veritatem negant: et illi nondum ad perfectam cognitionem  
 sufficientemque venerunt ad tranquillam et tacitam degendam vitam ineque in omni  
 pietate et honestate viuunt. Sunt alii qui neque verbo neque facto veritatem cognoscunt:

veritatem dico quae necessaria est ad salutem. et haec non est dei voluntas: sed propriae  
 voluntatis eorum a veritatis luce incuruatio. Nam qui vnum non cognoscunt deum et  
 15 vnum Christum dominum nostrum pro omni salute mortem oppetiisse non fatentur et  
 mediatorem inter deum et homines vt qui medium sit per quod omnes homines quotquot  
 saluabuntur saluari oportet: ii nondum ad agnitionem venerunt veritatis etsi omnem  
 scientiam et philosophorum et magorum et gymnosophistarum haberent exploratam.  
 Haec enim omnia scire: si ad illud conferas nichil est scire. haec omnia sciens: ad  
 20 immensas ignorantiae deuoluitur tenebras efficiturque tandem perpetuus ignorans. illud  
 vero sciens: ad imensum sapientiae lumem extollitur efficiturque omnia sciens et sciens  
 quidem cum vitae et sapientiae thesauris, cuius diuitiarum nullus est finis. illi vero: cum  
 ignorantia cumulus erit indeficiens omnis in morte paupertatis. Hanc itaque diuitem  
 sapientiam omni mundi sapientia maiorem: his paucis verbis explicat Paulus dicens. ¶  
 25 Vnus enim est deus. enim et mediator dei et hominum homo CHRISTVS IHESVS: qui  
 dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. ad qđ testimonium propriis temporibus  
 positus sum ego praeco et apostolus (veritatem dico in CHRISTO haud mentior) doctor  
 gentium in fide et veritate. ¶ Ad testimonium illius ditissimae sapientiae q̄ vitam et  
 salutem praebet animabus in mansionibus lucis aeternae in plenitudine temporum a deo  
 30 definita: positus est Paulus praedicator et legatus non a seipso (nam nullus apostolus  
 nullus legatus: a seipso) sed ab eo cuius est legatus. itaque a deo et Christo: a quo et  
 doctor gentium factus esti non ad vllam disciplinam mundil quae nichil facit ad salu-  
 tent sed ad doctrinam coelestem ad doctrinam spiritus quae sola saluat et quam angeli  
 magnificiunt et docerent si quam docerent. doctor (inquit) gentium in fide et veritate.  
 35 Quid hoc in fide et veritate: nisi in fide vera in fide veritatis in fide filii dei qui est via  
 veritas et vita? Non igitur se effert non gloriatur cum dicit veritatem dico haud mentior:  
 positus sum doctor gentium in fide et veritate sed testimonium reddit veritati ei gloriam  
 dans qui fecit eum praeconem suum apostolum et doctorem gentium. Cum itaque sit  
 constitutus a deo doctor gentium et doctoris officium sit docere : quod nunc eum viros?  
 40 tum mulieres doceat audiamus. Docet itaque primum viros hoc pacto dicens. Volo  
 igitur vt viri in omni loco orent: leuantes sanctas manus sine ira et contentione. Quid  
 est in omni loco: nisi in omni ecclesia vbicumque locorum in terra cognoscitur Christus?  
 Sine ira et contentione. Nam et dominus mandat: si offers munus tuum ad altare et ibi

COM.

recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum tetrelinque munus tuum ante  
 45 altare et vade prius reconciliari fratri tuo. et tunc veniens: offeres munus tuum. Quo  
 modo enim audes te praesentare domino pacis: non habens signum pacis in mente  
 tua sed oppositum signum quod est discordiae? Ergo nullo irato concitatoque animos  
 neque qui dissentionem cum altero habet oratione maxime publica orare audeat. priuata  
 autem vt deus adiuuet iraque sedetur et dissentio cesset pacemque suam restituat: orare  
 50 nichil prohibet. is enim facit: quod aeger ad medicum suum languorem detegens et  
 opem implorans. et haec: non publica oratio est quae intercessio dicitur quam sine ira  
 et contentione deo offerre oportet. sed priuata: et quaedam (si sic dicere mauis) con-  
 fessio suique accusatio. Docet et mulieres dicens. ¶ Identidem et mulieres in amictu  
 mundolcum verecundia et modestia ornantes seipsas (non i tortis crinibus aut aurotaut

[ p.2 ]

55 margaritis aut veste sumptuosa: sed quae decet mulieres profitentes diuinam pietatem  
per bona opera. Mulier in silentio discat: cum omni subiectione. Mulieri autem docere  
non concedo: neque viri auctoritatem habere sed esse in silentio. Nam Adam primus  
plasmatus est: deinde Eua. Et Adam non seductus est: sed mulier seducta in praeuarica-  
60 et sanctitate cum modestia. ¶ Haec sancti apostoli doctrina pro mulieribus. Mulierum  
habitus mundus sit: non sumptuosus. ornamentum mulierum sit verecundia et modestiat  
siue castitas. talis enim mulieres spirituales decet ornatus: adiunctis bonis operibus  
per quae diuinam pietatem profiteri videantur. Cunctis mulieribus ex inobedientia pri-  
mae mulieris ingenta esse debet verecundia quae eas retrahat a perpetratione malorum  
65 vitiorum. ad quae ex imitatione primae parentis secundum carnem pronae feruntur.  
Et ex virgine culpae parentis Euae reparatrice: debet omnibus mulieribus virginitatis  
amor et appetitus inesse. quam si cum foecunditate habere non possunt: studere tamen  
debent habere foecundam castitatem quae virginitatis proxime aemula est. Ergo ex prima  
natiuitate verecundiam: ex secunda virginitatem aut saltem castitatem habere debent.  
70 hanc: theosebiam id est erga deum pietatis et purus ac syncaerus dei cultus sequitur. illam  
vero: cautio fugaque malorum. Mulier non putet ornamentum in crinibus tortis aut  
auros aut margaritis aut veste sumptuosa: qualis luxus nostra tempestate multas occupat  
cum alibi tum in vrbibus insubriae si forte contingit illuc iter facere. quae manifeste  
filiae Belial potius iudicari possunt: quam filiae Christil nisi quis oculos praestigiatos. et  
75 fascinosos habeat. Mulier si ad virum conferatur qui caput est: haec vt appetitus estrille  
vero vt ratio. at appetitui non conceditur vt doceat: sed rationi. ita neque mulieri: sed  
viro ret maxime in publico. appetitus: a ratione formatur et discit. ita et mulier: a viro  
discere debet. mulier dico: quae vxor sit. quamquam et omnes in publico orationis loco: a  
viro qui communem omnium habet informationis vicem audire possunt in silentio. non  
80 quod temerarie veniant etiam virgunculae ad os publici praeceptoris: aliqua quesiturae.  
interrogent enim aut patres aut matres aut sapientiores matronas: quae melius quam  
ipsae potuerunt publicam vocem intelligere. Mulier: nunquam ausit auctoritatem supra  
virum caperet id est dominari proprio viro. Nam hoc diuinae ordinationi reluctatur  
atque voluntati eius qui eam posuit sub viri potestate et virum fecit dominum, sub viri  
85 (inquit) potestate eris: et ipse dominabitur tui. O generis insotentia et opulencia dotis:  
quot mulieres fecit stultas quae auctoritatem virorum sibi vendicanti seipsas sexumque  
suum et dei voluntatem ignorantes superbae stultae insanae quantuncumque sublimes se  
existiment non hominibus sed deo rebelles? qui enim diuinae ordinationi resistit: deo  
resistit. estque deo rebellis: similis angelo tenebrarum qui hac de causa e coelis ruit  
90 in abyssum. Et mulierem viro deferre debere: vel ex ipsa creatione constat. Nam vir  
primo creatus est tanquam primogeniturae sibi vendicans honorem. mulier vero secundo  
loco. Et mulier seducta fuit: non vir. persuasa enim fuit a serpente: non vir. absente  
viro: deserpsit fructum vetitum, mandit: et viro eius rei ignaro porrexit mandendum.  
mandit porrectum: vnde generi nostro misera irrepsit mortis contagio. Attamen cum  
95 magis obnoxia culpae q̄ vir teneret: voluit nichilominus deus tam viro q̄ mulieri salutem  
esse communem. mulieri quidem ob liberorum procreationem (ad id enim necessaria  
viro est) et id maxime dum vir et mulier in fide manserint et dilectione et sanctitate cum  
modestia atque castitate. castum enim tandiu thorum habent: quamdiu carnem suam  
per fornicationem neque hic neque illa diuidunt. Alioqui si fides non assit non dilectio  
100 non sanctimonial vitaeque puritas et thori castitas: procreatio filiorum mulierem non

saluabit. Nam preciosa ad saluandum pignora fides dilectio sanctitas castitas: magis quam carnalis proles. Id tribuente domino nostro omnium saluatore: qui erat et est et erit benedictus sine fine et in omnia saeculorum saecula. AMEN.

105 ¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. Vulgata aeditio. In omni sanctitate et castitate. Vocabulum quod hic vetus interpres castitatem dicit:et castimoniam et grauitate

I TIMO.

x

et honestatem pro loco interpretari solent. Paulus.  $\nu \pi \sigma \iota \upsilon \sigma \epsilon \beta \epsilon \acute{\iota} \alpha, \kappa \alpha \acute{\iota} \sigma \epsilon \mu \nu \acute{\omicron} \tau \eta \tau \iota$ . ¶ [ p.204 ]  
 Vulgata aeditio. Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est: in quo positus sum ego. Potius dicendum est: ad quod testimonium. Et abundat confirmatum est.  
 110 Paulus.  $\tau \omicron \mu \alpha \rho \tau \acute{\upsilon} \rho \iota \omicron \nu \kappa \alpha \acute{\iota} \rho \omicron \iota \varsigma \delta \acute{\iota} \omicron \iota \varsigma \iota \varsigma \tau \acute{\epsilon} \theta \eta \nu \gamma \omega$ . illud enim  $\iota \varsigma$  reuocauit ad orationis caput. ¶ Vulgata aeditio. Veritatem dico non mentior. ¶ Codices Graeci habent: veritatem dico in Christo. Paulus.  $\alpha \lambda \eta \theta \epsilon \iota \alpha \nu \lambda \acute{\epsilon} \gamma \omega \nu \chi \rho \iota \sigma \tau \omicron \nu$ ,  $\upsilon \psi \acute{\epsilon} \upsilon \delta \omicron \mu \alpha \iota$ . ¶ Vulgata aeditio. Leuantes puras manus sine ira et disceptatione, Sunt qui volunt hic positum vocabulum dubitationem et haesitationem significare. verum si a  $\delta \iota \alpha \lambda \acute{\epsilon} \gamma \omicron \mu \alpha \iota$   
 115 venit: non male disceptationem disputationem dissentionem et contentionem quandam significat. Et cum iram et contentionem inuicem habemus: quod tunc manus ad deum non sint leuandae praeceptum est saluatoris. Si offers (inquit) munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te relinque ibi munus tuum ante altare et vade prius reconciliari fratri tuo: et veniens offeres munus tuum. Cum enim  
 120 puros conspectui diuino nos praesentamus: exaudit nos pro clementia sua qui audire exaudire et superexaudire vult vt par est et oportet paratos. Paulus.  $\pi \acute{\alpha} \rho \omicron \nu \tau \alpha \varsigma \sigma \acute{\iota} \omicron \upsilon \varsigma \chi \epsilon \rho \alpha \varsigma, \chi \omega \rho \iota \varsigma \rho \gamma \varsigma \kappa \alpha \acute{\iota} \delta \iota \alpha \lambda \omicron \gamma \iota \sigma \mu \omicron$ . Vulgata aeditio. Cum verecundia et sobrietate ornantes se. Quod hic vetus interpres dicit sobrietate: vsitatus modestia dici potest. Vult etiam sacer Hieronymus castitatem dici ac modestiam. Paulus.  $\mu \epsilon \tau \grave{\alpha} \iota \delta \omicron \varsigma \kappa \alpha \acute{\iota}$   
 125  $\sigma \omega \phi \rho \omicron \sigma \acute{\upsilon} \nu \eta \varsigma \kappa \omicron \sigma \mu \epsilon \nu \alpha \upsilon \tau \acute{\alpha} \sigma$ . ¶ Vulgata aeditio. Sed quod decet mulieres promittentes pietatem per bona opera. ¶ Dicendum esset quae foeminine:non quod neutro genere. Nam hoc relatiuum refert veste. quod ex graeco cognoscitur vbi masculinum est referens  $\mu \alpha \tau \rho \iota \sigma \mu$  masculinum. Et non generale pietatis nomen ponitur sed speciale: quod solum ad deum desi gnat pietatem. Paulus.  $\lambda \lambda \varsigma \pi \acute{\rho} \epsilon \pi \epsilon \iota \gamma \upsilon \nu \alpha \iota \xi \iota \nu \pi \alpha \gamma \gamma \epsilon \lambda \omicron \mu \acute{\epsilon} \nu \alpha \iota \varsigma$   
 130  $\theta \epsilon \omicron \sigma \epsilon \beta \epsilon \iota \alpha \nu \Delta \rho \gamma \omega \nu \gamma \alpha \theta \nu$ . ¶ Vulgata aeditio. Neque dominari in virum: sed esse in silentio. ¶ Potius:neque viri siue in virum auctoritatem habere. Paulus.  $\upsilon \delta \acute{\epsilon} \upsilon \theta \epsilon \nu \tau \epsilon \nu \alpha \nu \delta \rho \acute{\omicron} \varsigma, \lambda \lambda \prime \epsilon \nu \alpha \iota \nu \sigma \upsilon \chi \acute{\iota} \alpha$ . Verum auctoritatem viri siue in virum habere et dominari viro:idem possunt. At quot sunt nunc matronae ex genere tumentes aut ex diuitiis opulentio-reque dote quae nunc in viros auctoritatem habenti facientes dei sententiam  
 135 irritam propter fortunae ventum vantiore fortunam. O caeca fortuna: quae non solum caeca sed quae vniuersum caecauit saeculum et cum qua veritas apostolica lucere non potest. ¶ Vulgata aeditio. Si permanserit in fide et dilectione et sanctificatione cum sobrietate. ¶ Et hic quoque dici potest cum modestia aut castitate: vt in prima huius capituli examinatione dictum est. Et in principio particulae dicendum est pluratiue: manserint siue permanserint, respicit enim communiter vtrunque Paulus et virum et mulierem.  
 140 Paulus.  $\grave{\alpha} \nu \mu \acute{\epsilon} \rho \omega \sigma \iota \nu \nu \pi \acute{\iota} \sigma \tau \epsilon \iota, \kappa \alpha \acute{\iota} \gamma \acute{\alpha} \pi \eta, \kappa \alpha \acute{\iota} \gamma \iota \alpha \sigma \mu, \mu \epsilon \tau \grave{\alpha} \varsigma \omega \phi \rho \omicron \sigma \upsilon \nu \eta \varsigma$ .

## CAP. III.

**V**T doctor gentium docuit apostolus viros et mulieres qui sunt parentes carnales: nunc episcopos docet qui parentes sunt spirituales. et quales esse debeant et quae eorum officia ostendit, dicuntur enim episcopi a superintendendi officio. superintendendi dico in omni spiritualitate vitae: quod sanctum opus atque officium est. Ac proinde  
 5 dicit. ¶ Fidelis sermo. Si quis episcopum desiderat: bonum opus desiderat. Oportet igitur episcopum: irreprehensibilem esse unius uxoris virum vigilem castum ornatum hospitalem docilem non vinosum non percussorem non turpis lucri sectatorem: sed  
 mitem imbellem non avarum propriae domui bene praesidentem: filios habentem in  
 10 subiectione cum omni honestate (si quis autem propriae domui praeesse nescit: quo modo ecclesiae dei curam administrabit?) non nouitium: ne superbia elatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem ipsum etiam testimonium bonum habere apud eos qui foris  
 sunt: ne in vituperationem incidat et laqueum diaboli. Episcopus: visitatio intendens  
 observatio episcopi in suos dicitur. sicut episcopus: explorator intendens observator  
 et custodi ut pastor gregis aut ut in alta specula vigilans custos civitatis. pulchrum  
 15 sane nomen: sed rei nominis executio pulchrior quod officium episcopi est. quod cum tam pulchrum et venerandum sit: episcopum quam illi officio illique operi praeficitur  
 irreprehensibilem esse oportet, reprehensio: per omnia vicia currit superbiam iram  
 invidiam acediam gulam luxurians avaritiam. si aliquo horum viciorum notatus est  
 aut aliqua specierum quae innumerabiles sunt: non est irreprehensibilis. Quare neque  
 20 omnino dignus: huic committi officio. Bigamus qui duas duxisset uxores: non est idoneus  
 ut assumatur in episcopum. Nam carnem suam diuisit: et unitatem in symbolo non  
 custodivit quae unitatem Christi et ecclesiae representat. Ideo in illa unitate: sancti fuerunt  
 eum non praeficiendum

## COM.

qui in imagine violavit unitatem id est qui illius spiritualis unitatis violavit simulacrum.  
 25 **Q**ui si bigamus qui in matrimonio et casto thoro unitatem diuisit repellitur et censetur hac  
 praesentia indignus: quid igitur de iis in fornicationibus carnem suam diuiserunt non  
 solum bifornicatores sed qui centum (miserabile dictum) forte diversarum pellicum fornicationibus se  
 polluerunt toties carnem suam diuiserunt et carnis suae unitatem miserabiliter  
 30 sciderunt? Si illi repelluntur: et hi magis repellendi sunt. Argumentum apud Paulum  
 efficax et apud omnes: qui esse norunt a minori ad maius. At canones hos non repellunt.  
 Si sunt canones secundum spiritum: repellunt. si sunt secundum carnem: nichil dico.  
 nam parum faciunt ad Christum. Nam caro adversus spiritum pugnat. Et utinam carni  
 nunquam faueretur contra spiritum. spiritus enim verus illuminosus unus synaerus purus  
 35 atque sanctus: quantumque viae carnis sint impurae, viae Pauli: viae spiritus. et  
 canones id est regulae apostolorum: regulae spiritus. Ergo et bigamos et adulteros et fornicatores:  
 censebimus episcopalis gradus celsitudine haud satis idoneos, integrae igitur  
 carnis sint (et non diuisae: quales sunt et virgines et monogami. Verum quis negligentem  
 et torpentem in specula collocabit enim quis civitati pateat incursus) exploratorem?  
 40 quis desidiosus et somniculosus pastori: tute committet suum gregem? Plusquam civitas  
 committitur explorationi et inuigilantiae episcopi et plusquam grex pastorali curae eius.

[ p.3 ]

Ergo qui vigil non esti attentus et admodum diligens: huic officio(huic bonoi et sancto operis non est committendus. Sit ergo vigil: sit et castus. Nam et pastores qui non sunt casti: minus inuigilant gregi. et qui positus est ad speculandum: si castus non est ciuitas in periculo versatur. Ergo episcopus: tum ne violet diuinae vnitatis simulacrum  
45 in magno illo Christi et ecclesiae sacramento tum ob vigilantiam castus sit. Sit ornatus, ornamentum animae: virtutes sunt et gratiae gemmis omnibus preciosiores. virtutes: quodam modo nobis comparamus. gratiae autem: nobis ex diuina luce infunduntur. et vt gemmae in tenebris: sic nostrae virtutes sine superna gratia. vt gemmae in radio solis: sic virtutes diuinarum grattarum illustratae radiis. Ergo episcopus huiusmodi  
50 fulgenti mentis ornatu debet esse conspicuus: debet esse ornatus. Sed et exterior ornatus deesse non debet: qui interioris preferat habitum. Attonsus crinis omnem superfluitatis et carnalitatatis refectionem prae se fert et mundities exterior munditiem interiorem. Suparus ex candidissimo lino: castitatemt corporisque ac animae munditiam ac sanctitatem. Sed ornatus exterioris singula percutrere: nimis operosum et huic forte loco minus accom-  
55 modum. Sit igitur episcopus: mente ornatus: neque exterior ornatus ornatum mentiatur interiorem. alioqui est paries dealbatus: et sepul chrum adornatum. Nos omnes dum viuimus peregrini sumus: optantes tandem ad coelestem peruenire ciuitatem. iccirco nostrae conditionis memores: debemus esse hospitales et peregrinos libenter suscipere propter Christum qui voluit pro nobis et in hoc quoque mundo esse peregrinus (vt nos  
60 tandem in aeternitatis hospitio susciperet. Et maxime omntum decet episcopum esse talem: vt qui Christum proxime repraesentet. Debet esse docilis. Nam si ebes esset ingenio et non facile legis intelligentiam capesses: non esset idoneus qui in loco illo sederet ad quem spectat vniuersae legis cognitioi non carnali quidem sensu et crasso sed spiritali et puriori examinanda. Sit ergo docilis siue docibilis id est qui facile  
65 doceatur: ettam desuper illucescente diuinitate proprio labore sacrarum rerum intelli gentiam penetrans. Non sit vinosus et in conuiuiis debacchans. nam irrepraehensibil enim vigilemi castumt ornatum hospitem docilem esse oportet. Haec autem vinositas et (vt sic dicam) conpotationum frequentia et debacchatio: cunctis his aduersaturi et claudit diuinarum et humanarum rerum intelligentiam. Sit igitur sobrius: et quoad fieri  
70 potest abstemius Non sit percussor. At quis passorem gregis percussorem et mutilatorem deligeret? tanto minus debet episcopus humani gregis pastor percussor esse pugnator et mutilator. est enim vicarius pastoris aeterni: qui pascit non mterimit. qui contrita sanat: non vulnerat, qui author pacis est: non belli. qui luxata redintegrat: et omnia in se vnit dulci fouens ouem in gre mio sacris etiam suis humeris si deerrat reducens ad  
75 gregis vnitatem, non mutilat: non dis sipat. Talis ergo sit episcopus pastor: sub pastore illo constitutus lenis mansuetus pacisi cus, non solum percutiens factoi sed ne quidem verbo: quae dura est et saucianss non sanans linguae percussio. pro quo et infra Paulus ωσρεοφ τέρω μη ττιπληήψησ. quod interpretari solent seniore non increpaueris. Hic autem dicit μη τλήκτυη, quare et hic locus: ad percussionem etiam quae lingua fit  
80 tranfferri potest. Non sit turpis lucri sectator. non decet episcopum turpis lucri esse sectatorem: neque a grege sibi creditoineque ; ab aliis more institorum et danistarum. Nam aeternus pastor dat: et omnia gratis datlet nonaccipit. Si quis autem episcopus pecuniam suam trapezitis tradit vt nummus nummum pariat si suis ad foenusa traditisi mercaturae exercet: nomne turpe lucrum sectatur? Q si tur pe:etiam iniustum. iustitia  
85 eni: pulcherrimum animae ornamentum, quomon igitur hoc orna

X

I TIMO.

[ p.205 ]

mento carens et turpitudinem loco eius induens: ornatus erit vt decet episcopum? Non  
 igi tur sectet turpe lucrum: sed contral liberalis sit. Qui et cognitus sit propriae familiae  
 bene praefuissel filios (si quos habuerit in subiectione et omni probitate ) istituissel. Nam  
 qui propriae familiae praeesse nescit: multo magis nesciet ecclesiae praeesse. qui enim  
 90 nescit regere paucos: quomodo reget multos? qui nescit domum: quomodo ciuitatem?  
 Ad tempora vsque Gre gorii septimi qui ordinis fuit Cluniacensium: adhuc sacerdotibus  
 et diaconis licebat virginem habere vxorem. quae si prior moriebatur: non licebat se-  
 cundam superducere. si autem superuiuebat: vidua manens sacros non contaminabat  
 hymenaeos. Apostolicum nuptiarum ritum retinuerunt Graeci.:neque mutare voluerunt.  
 95 agamiam acceptauerunt aliae ecclesiae. vnde plurimi per deteriorem iconcontinentiam  
 lapsi: in pedicas inciderunt diaboli. Araneos videsi veneno turgentes: tam subtilia  
 retia texere quae oculos fallere possint. quicquid incidit mortifero morsu necant: et  
 primum quod aggrediuntur caput esti sensus auferentes. hae daemonis et laqueorum  
 eius mira arte et subtilitate nobis praeten sorum et venenatorum morsuum: quaedam  
 100 sunt adumbrationes. qui etiam retia plerumque nectit: in iis quae clariora et sanctiora  
 videntur. Caeterum qui praeficitur episcopus: non sit neophytus ad honores. nam qui  
 nunq̄ administrationem gessit: nisi pedetentim probatus ascendat plerumque superari  
 solet a gloria. cum nouicius est et venenifer araneus rete textit et flat superbiae ventus:  
 incidit in pedicas eius. licet id in paruis rebus depraehendere. Nam qui doctorali laurea  
 105 donantur: cum nouicii sunt svix seipsos depraehendant. sic eos quidam (non omnes  
 dico sed quosdam) inanis tumor occupat. superuenienti bus autem annis: tumor ille  
 paulatim recidit, vt cum iam sunt veteranil et plurimus eis honor iure debeatur: tunc  
 nichili se aestiment humilitate ornati quos in nouiciatu inanis deformauerat elatio. Ergo  
 non deligatur ad eam sublimem intendentiam nouicius. Neque satis est in enim loco  
 110 testimonium bonum: si in aliis malum habet. nam etsi ipse forte in rete non incideret  
 diaboli: hac tamen occasione vel exteri vel suorum aliqui inci dere possent. Araneus  
 enim illic serpens ille venenatus antiquus: fila sua tendit. Ergo quoad fieri potest is  
 deligatur huic prouiciae et sacrosanctae functioni committatur: qui ab omnibus bonum  
 habet testimonium et omnibus gratus est atque acceptus. vt enim lumem solis omnium  
 115 oculis gratum est: aequae et vera virtus omnium mentibus etiam plurimorum eorum  
 qui aegrotant. Vt doctor gentium non ab hominibus hac laureal sed a Chri sto donatus  
 docuit episcopos: subinde docet et diaconos qui ministri sunt episcoporum et ex qbus si  
 pro dignitate in ministerii sui functione se gerunt legitimo calle assumuntur episcopi.  
 Quapropter summa autoritate dempta et prima sacrorum facultate: eadem ferme et  
 120 horum et illorum officiat suntque vtrisque plurima communia. sed hi i imo et minis-  
 trando: illi in summo et praesidendo illa habentes. Et ideo subiungit Paulus de diaconis  
 et familia eorumleorumque vxoribus hanc doctrinam: dicens. ¶ Diaconos similiter castos  
 es se sermone non duplices (non multo vino deditos non turpis lucri sectatores habentes  
 mysterium fidei in conscientia pura. et ipsi quidem probentur primum: deinde ministrent  
 125 cum sine crimine sint. vxores simili modo castas esse oportet. non calumniatrices  
 vigiles fideles in omnibus. Diaconi sint vnus vxoris viri: qui liberis honeste praesint et  
 propriis domibus. Nam qui bene ministrant: gradum bonum sibi vendicant et multam fi

duciam in fide quae est in CHRISTO IHESV. ¶ Ad institutionem episcopi septem decim  
 130 annumerauerat. irrepraehensibilitatem monogamiam vigilantiam castitatem ornatum  
 hospitalitatem docilitatem non vinositatem non percutiendi procliuitem non turpis  
 lucri sectationem mititatem pacabilitatem liberalitatem bonam in re familiari praesiden-  
 tiam liberorum in omni honestate subiectionem non nouiciatum testimonium bonum et  
 ab iis quibus praeficiendus est et ab exteris. Ad diaconorum vero institutionem nouem  
 135 enumerat. Primo. quod casti sint. hoc: carnis prohibet diuisionem. et tanto magis spiri-  
 tus: quam facit idololatria et alterius q̄ veri dei cultus. Secundo, quod non sint mendaces.  
 quid enim aliud sunt sermone duplices: nisi mendaces? sint ergo diaconi veraces: vt  
 veritatis ministri esse possint qui Christo dominus est. Tertio. non sint vinosi. eos enim  
 qui multo vino dediti et se amplius q̄ par est vino ingurgitant et proluunt: vinolentos  
 et vinosos appellamus ac debacchatores. quod cum semper turpe sit: maxime tamen  
 140 turpe cum cauponas non abhorrent vbi praebetur publicum vinolentiae et debacchationis  
 exemplum. Igitur priuatus siue publicus sit bacchator id est multo vino deditus: non est  
 ex praecepto apostoli immo Christi a quo doctrinam hanc cepit minister sacris altaribus  
 assumendus. Sit ergo sobrius et abstinens aut saltem cibo potuque temperans: quicumque  
 huic officio est designandus. Quarto. Non sit sectator turpis lucri. hoc: prohibet omne  
 145 lucrum ihonestum. vt quodcumque esset ex ludol quodcumque ex foeneratio

## COM.

[ p.3 ]

ne ex mercatura. Et si mercatura aliquibz possit esse honesta: non tamen diaconis. hone-  
 stum tamen lucrum: non prohibetur. vt quod est ex propriis fundis. Nam id bonoruni  
 incrementum a deo benedictione et prouidentia venit: qui liberalis est in omnes-est itaque  
 hoc lucrum liberale: quod accipi debet cum multa gratiarum actione ad liberalitatis  
 150 opo ad rem ecclesiasticam si oportet ad familiam ad pauperes ad hospitalitatem id est  
 ad aduenas prae se pietatem ferentes ad Christi similitudinem suscipiendos. non quod  
 diaconi sit terras colere et arbores plantare. haec enim cura fidelibus idiotis committenda.  
 Quid si alicui honesto operi manuali intendunt et inde lucrum ad victum vestitum  
 et liberalitatis opus sectentur (Neque id prohibetur. Etenim Paulus maior omnibus  
 155 episcopis maior diaconis omnibus: opere manuali operabatur id nobis relinquens vitae  
 deo beneplacitis exemplum. Non igitur diaconus turpe sectetur lucrum: neque etiam  
 tam sectetur honestum et liberale q̄ vt eo habito liberaliter vtatur, nam qui haeret coelo  
 coelestibusque ministeriis: non amplius terrae debet haerere sed prouidere. Nam et angeli  
 prouident terris: sed non haerent terris sed patri coelesti cuius faciem semper vident.  
 160 Quidam. Sint conscientia purae sacramenta dei ministrantes. Pontificis est: sacra mysteria  
 celebrare, diaconorum est: ministrare et rebus pactis illa dispensare. at nisi habeant  
 conscientiam puram: quomodo sacra mysteria rite dispensabunt? hoc igitur: ornatum  
 iubet maxime interiorem qui in puritate conscientiae consistit. Sit igitur diaconus omnis:  
 puritate conscientiae adornatus. Sexto. Non sit nouicius. Nam qui longo vsu aliqua  
 165 in re probati non sunt: nouicii sunt. probetur igitur eorum idoneitas priusq̄ diaconatus  
 donentur honore. non enim est honor paruus mensae domini ministrare pascere prius  
 euangelica lectione factum Christi populum et deinde ipse pane vitae aeternae pastus:  
 eundem vere coelestem panem immo supercoelestem et supersubstantialem propriis  
 manibus reuerenter populo porrigere quod est diaconi officium. Quod igitur iubentur

170 prius probari et bene probatos assumi: id et nouicios excludit et irreprehensibilitatem  
 praecipit. tunc enim cum neq nouicii sunt neque aliquo vicio reprehensibiles: in sancto  
 ministerio poni possunt. Septimo. Diacons si virginitatem non praelegit: vxorem  
 castam habeat non conuiciatricem sed vigilent et omnibus fidelem qualis decet sanctum  
 175 tantum minus: si id accidisset per fornicationem, ergo quam licebat ei qui diaconus futurus  
 erat accepisse vxorem: virginem esse oportebat sanctis moribus potius quam ampla dote  
 adornatam. auaritia: infelix et ifausta pronuba. castitas autem omnibenigniloquentia  
 sedulitas in re omni fidelitas: mulieris amplissima dos est. sine qua qui futurus erat  
 diaconus et tanto minus qui futurus episcopus: nunquam virginem admittere debuit ad thorum.  
 180 fortuna autem vltimum locum et abiectissimum semper teneat: virtus supremum. vt  
 coelum summum locum tenet: et opes ex abditis effodiuntur terrae cauernis vt ex vltimis  
 rerum locis. hic fortunae sedes: hic eius regia. Esto igitur diaconi vxor tali probitate  
 isignita. Octauo. Diaconi si non virgines: solum sint monogami. nam digamum non  
 licet assumi in diaconum: tanto minus trigamum aut polygamum. neque Christus nisi  
 185 vnam ecclesiam: neque ecclesiam nisi Christum vnquam habet. vnus sponsus: et sponsa  
 vna. et tales decet in imitatione esse ecclesiae ministros. Et qui praesunt: non credant  
 se esse sponso. non sunt sponsi: sed vicarii sponsi. immo neq Petrus sponsus i  
 neque Paulus: sed amici sponsi et fideles aeconomi eius. Et qui presunt et bene  
 praesunt: cum Paulo nomen sortiuntur aeconomi. sponsus vnus est: propter quem om  
 190 nes sponsi et sponsae a principio mundi in imagine currunt. Et beati qui imaginem coelestis  
 epithalamii in laudibus angelorum: non violant. Nono. enim liberos si habeant et rem  
 familiarem non norit probe dispensare: idigni sunt qui ad ministeria dei assumantur  
 dispensanda. Si ad tempora nostra respicimus: magna est in ecclesia dei indignitas. et  
 timendum certe tantumdemque verendum: ne multi qui hoc nomine censenturi non sint  
 195 dei ecclesiam sed habeant libellum repudii. est tamen semper et erit sponsa Christi: sancta  
 et immaculata. Satagamus igitur vias sequentes spiritus: illi inseri. et quicquid lesum  
 fractum aut contritum fuerit: sanabitur reditegrabituri consolidabitur. Doctrinam et in iis  
 qui praesunt et in iis qui subsunt imitemur Pauli et non simus filii discholiae: et omnia in  
 pulchritudine et mirabili quidem pulchritudine erunt. Quod annuat deus superbonus et  
 200 supersummus etiam nostris temporibus: et si id non ad perfectum saltem praeparationem  
 iactamentaue videri. Cur de episcopis et diaconis scripserit Paulus ad Timotheum:  
 causam aperit. quod forte adire non posset Ephesium ad episcopos et diaconos per loca  
 istituendos: qui eo forsitan absenteristituendi erant. vt si ipse Timotheus aliquos sufficiat:  
 studeat tales perficerelaut in ministerio ordinare. Ait itaque. ¶ Haec tibi scribo: spe  
 205 fretus quod ad te ocyus veniam. Si autem tardauero: vt scias quo pacto oportet in domo  
 dei conuersari quae est ecclesia dei viuētis

X

I TIMO.

columna et sedes veritatis. Et pro confessio magnum est hoc pietatis mysterium: deus  
 manifestatus est in carne iustificatus est in spiritu visus est ab angelis praedicatus est  
 in gemis tuis creditus est in mundo assumptus est in gloria. ¶ Vt Moses insigniorem  
 210 gratiam habuit quam septuaginta duo qui de eius acceperunt spiritu: ita Paulus insigniorem

[ p.206 ]

215  $\bar{q}$  Timotheus et alii coadiutores eius. Nam electus est: vt vniuersalis architectus. alii  
 autem: vt cooperatores. Et Paulus propheta et Timotheus propheta: sed insignior Paulus  
 ad cognoscendum per spiritum sanctum qui idonei essent vt praeficerentur episcopis aut  
 eligerentur ministri. non enim experientia exterior egebant: qui cognoscebant interiora  
 et penitissima cordium non ex se sed ex spiritu sancto. Cum igitur per absentiam instruit  
 Timotheum: gratia maior instruit minorem et maius lumen allucet minori. Episcopus  
 non praeficitur vt praesit terrena domo: neque diaconus eligitur vt seruiat in terrena  
 domo: sed ille vt praesit vt oconomus in aliqua parte ecclesiae dei quae est spiritualis  
 220 domus et domus dei viuentis et hic vt seruiat in eadem domo. Et nunc ecclesiam colum-  
 nae comparat: sed columnae spirituali a terra ad summum vsque coelorum protensa: in  
 cuius culmine sedet veritas qui est Christus super omnia benedictus. Haec est ecclesiae:  
 in similitudine repraesentatio. Sed cum dixit de ecclesia quae sponsa est: subiungit de  
 sponso qui sedet in columna. nam ille deus est: qui in carne manifestatus est. verbum  
 enim caro factum est. Iustificatus in spiritu. requieuit enim super eum (etiam insepara-  
 225 biliter) spiritus dominus spiritus sapientiae et intellectus spiritus consilii et fortitudinis  
 spiritus scientiae et pietatis? et spiritus timoris domini. et ex plenitudine iustificationis  
 eius: accepimus omnes. nullus enim potest iustificari: nisi a iustificatione eius. vt nulla  
 diurna lux: nisi a fonte solaris lucis. Visus est angelis. Nam ab angelis annunciat.  
 et natus in carne:  $\bar{q}$  primum ab angelis euangelizatus. Inquit enim pastoribus claritate  
 230 dei circumfulsis angelus praemi nentior multa turba angelorum stipatus: nolite timere.  
 Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum: quod erit omni populo. quia natus est  
 vobis hodie: saluator qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. et vbi dedit eis signum  
 infantis ante omnia saecula et tunc in tempore nati qui fecerat et tempora: subito facta  
 est eum angelo multitudo militiae coelestis laudantium deum et dicentium gloria in  
 235 altissimis deo et in terra pax in hominibus bona voluntas. Praedicatus in gentibus, nam et  
 ipse iusserat apostolis: ite (inquit) et praedicate euangelium omni creaturae. et in omnem  
 terram exiit sonus eorum: et in fines orbis terrae verba eorum. Creditus est in mundo.  
 sicut in prophetia scriptum est. Populus quem non cognoui seruiuit michi: in auditu  
 auris obediuit michi. Assumptus est in gloria. Et videntibus (inquit) illis eleuatus est:  
 240 et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Et Stephanus primus testis et corona martyrum:  
 vidit gloriam eius. Ecce (inquit) video coelos apertos: et filium hominis stantem a  
 dexteris virtutis dei. Hic est qui sedet super columnam firmissimam et inconcussibilem  
 vsque ad diem iudicii: cum mouebuntur virtutes coelorum. Et haec vniuersa magnum  
 et ineffabile sunt circa nos pietatis eius sacramentum. quem introeuntem in mundum  
 245 adorauerunt angeli dei: et quem nunc et semper adorat omnis exercitus coelorum. Cui  
 sit honor et gloria super omnem eminens et gloriam et honorem: in omnia saecula  
 saeculorum. Amen.

¶ EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata aeditio. ¶ Si quis episco-  
 patum desyderat: bonum opus desyderat. ¶ Malui hic dicere episcopen et vti verbo  
 250 Pauli: vt melius hic superintendential et officium episcopi intelligatur non id ipsum cui  
 committitur. Stulti enim homines solent nunc quaerere, quanti hic vel ille episcopus:  
 attendentes temporales fructus qui a subditis percipiuntur. Quia si intelligunt episcopum  
 et eius bonum est episcopus spiritualem superintendentiam tanti esse: similes sunt Si-  
 moni magot aut infelicis Ananiae existimantes spiritus sancti donum pecunia aestimari  
 255 posse sed valor ille inestimabilis est. Si vero negligens est episcopus: episcopatus  
 nichil valet. quomodo enim superintendentiam aestimares: quae nulla est? quod certe

nichil est: aestimari non potest. Terrena igitur quae bene intendentes sequuntur: non  
 valori non precium est illius sanctae superintendentiae sed quaedam spiritualium operum  
 hypostasis vt sensibilis mundus hypostasis spiritualium et itellectualium rerum et vmbra  
 260 lucis hypostasis. Qui bene praesunt vigilant superintendunt: lucem ministrant et in  
 modica subditorum vmbra capiunt refrigerium. Secus est de iis qui suae vicis func-  
 tionem non intelligunt. volunt enim hi in sola temporalium vmbra requiescere: nichil  
 curantes summi patrisfamilias gregem per suam secordiam mille modis interim (dum  
 torpent in vmbra) interire. hi episcopent hi episcopatum numq̄ desyderauerunt: sed  
 265 solam episcopos solamque ipsius episcopatus vmbra quam falso nomine episcopatum  
 appellant. Paulus. εἰτις τις σωωῆς ρέγεται, καλου ρνου πιθυμει. Est enim e  
 πισηοη intential

COM.

[ p.3 ]

,opus officiumque episcopi. ¶ Vulgata aeditio. Vnius vxoris virum sobrium ornatum  
 pru» dentem pudicum hospitalem doctorem non vinolentum non percussorem sed  
 270 modestum non litigiosum non cupidum. CQuod hic vetus interpret dicit sobrium:  
 graece habetur πυφά Αιορ: quod magis vigilem significat. Et quod dicit prudentem:  
 graece ha betur σ φρομαι quod alibi sobrium dicit. nos autem modestum et castum et  
 temperatum: potius dicimus. et σωφρωρ ad significandum q̄ρόριμορ id est prudentem:  
 275 id non nisi metaphorice fit quod temperantia prudentiae soleat esse comes prudentisque  
 conseruet saluetque iudicium. Et debuit hic secundum locum tenerel ponique ante  
 ornatum. Et hic ornatus mundiciem dicit in cultu exteriori. Non est enim episcopus  
 sponsus: sed vicarius sponsi sponsumque repraesentans. Decet igitur ipsum in habitu  
 mundo castoque oculis castae et virginis sponsae se semper praesentare. Pudicum: hic  
 abundat. Quod vetus interpret dicit doctorem: potius designat docilem abilemque ad  
 280 docendum. quomodo enim alios docere posset: qui ne quidem doceri posset? Vi-  
 nolentum siue vinosum eum intelligimus: qui deditus vino propemodum bacchatur.  
 dictum apud Graecos: quod senper iuxta vinum assideat. Quod cum omni Christiano:  
 maxime episcopo turpe esti ac vitandum. Post percussorem deest vocabulum vnum:  
 quod Paulus dicit ι σ χροχερΑñ. nos si vsus admitteret: enim composito vocabulo  
 285 diceremus turpilucem. verum quia apud latincs parum vsitatum est: circumlocutione  
 magis vtendum est et dicendum turpis lucri cupidum aut turpis lucri sectatorem. Et quod  
 vetus interpret modestum dicit: mitemi et clementem significat. Quod non cupidum: cu-  
 pidum specialiter designat auarum argentique cupidum. Paulus. πυφά λιορ, σω φρορα.  
 κόσμιορ, φιλόφερορ Αι ΑαΚτιΚόμς μη τταροιορ, μι ιτληRτημ, μη ισχροκςρΑ,  
 290 αλλέStEtRù, μαχορ, φιλάρτυρορ. ¶ Vulgata aeditio. Diacones similiter pudicos  
 non bilingues. ¶ Dicendum: diaconos. nam diacon non dicitur: sed diaconus. Paulus.  
 λιακόνουσ ωσ»αύτως σεμυουσ αη λ λόγουσ. ¶ Vulgata aeditio. Sobrias fideles in  
 omnibus ¶ Dicit et hic potest: vigiles vbi dicit sobrias. Paulus. πυφαλέουσ, πίςας γ  
 τασι. \* ¶ Vulgata aeditio. Diacones sint vnus vxoris viri: qui filiis suis bene praesint.  
 295 ¶ Dicen dum diaconi. Et suis: abundat. Et cum dicit diaconi sint vnus vxoris viri:  
 deliro esset et vanissimus sophista importunusque garrulus si id coniunctim intelligeret  
 et non seorsum ac diuisim. ac si diceremus: diaconus quisque sit vnus vxoris vir. Tales  
 enim obliquo mentis oculo omnia cauillantes a spiritu tam procul absunt: q̄ sathanas

a sanctorum coetu angelorum lusca monstrat aut penitus exoculati Polyphemi. Paulus.  
 300 Αϊάροποι ς σοσαρ μι σ ΤυμαιΚδσ μαρεσ, τέπωμ Καλ ς προίξάμεροι. ¶ Vulgata  
 aeditio. . Haec tibi scribo fili Timothee: sperans me ad te venire cito. ( Particula fili  
 Timothee: abundat. Paul. τα τάσοι γράφω, λωιτωμ λοε μν ττρδς σὲ τάχιον.  
 ¶ Vulgata , aeditio. Quae est ecclesia dei viuu columna et firmamentum veritatis. ¶  
 Potius sedes aut fundamentum q̄ firmamentum dicitur. Verum et sedem dicere malui q̄  
 305 fundamentum. ne putetur hic dici fundamentum: vt et cum dicitur. Fundamentum enim  
 aliud nullus potest poneres praettr id quod positum est: qui em Ihesus Christus. nam hoc  
 Christo conuenit non ecclesiae: quae est fundata et superaedificatalnon fundamentum.  
 Christus autem ecclesiae fundamentum. spiritualium enim fundamenta sursum sunt non  
 terrenorum mo re deorsum (fundamenta inquit eius in montibus sanctis) et fundamentum  
 310 quod maxi me per eminentiam dicitur super omnes est. Cum igitur ecclesiam comparat  
 columne: ea quae in terra est non est principiuml sed finis et extremum. quae enim  
 fundamento sunt propiora: et illa sunt priora. Vt supremae virtutes coelestes proxime in  
 fundamento posita sunt et montes sancti in visione spiritus: in quibus et sedet deus,  
 magis igitur consentaneum visum est nec ab re quidem: vt sedem potius interpretaremur  
 315 q̄ fundamentum. id enim magis ecclesiae conuenit: vtpote in cuius summitatel vt in  
 summitate columnae a terra ad coelorum summa eleuatae sedet deus. Paulus. Ητις  
 ε σὲμ λελησία 9σὸν φωμν τοσ, 5 λος Και ε λραίωμα τ ς λμοσίας. ¶ Vulgata  
 aeditio. Et manifeste ma\* gnum est pietatis sacramentum: quod manifestatum est in  
 carnal iustificatum est in spiritul apparuit angelis praedicatum est gentibus creditum est  
 320 in mundol assumptum est in glo» ria. ¶ Potius pro confessoiq̄ manifeste: dicendum. sig-  
 nificatque id pro explorato et certot omni propulsa dubietatis caligine. Atque dicendum  
 deus manifestatus: non quod manifestatum em. et caete ra sequentia adiectiua neutra l' in  
 masculina conuertenda. dicendo: iustificatus est praedicatus esti creditus est (assumptus  
 esti vt omnia in suum substantium deus referantur. Paulus. καὶ μολογουμέρωσ  
 325 μέγα σὶ το τ ς υσεφείασ μυσήριορ, θεδσ φα- περώση μ σαρΚι, λιΚαιώομ ρ  
 ττμςύματι. διφοη τγέλοις, εκΗρυχΟυ εμ topscip, exiseuou en κδσμω, πελήφοη ν  
 αόσα. Nunc ad sequetia transeiidum.

X

I TIMO.

CAP. III.

[ p.207 ]

**H**Oc facto magnoque pietatis reserato sacramento: prophetat Paulus Timo theo de  
 iis erroribus qui futuri erant circa ciborum abstinentias et nuptiarum quasi haec per  
 se mala essent. Qui error postmodum apparuit: qui fuit Enkratitarumi et eorum quos  
 appellarunt Cataphrygas. et expe diebat Asiaticos prophetia praemuniri. quia error  
 5 ille: apud eos plurimum inserpsit. Ait ergo Paulus. ( Spiritus autem eloquibiliter dicit: q  
 in posterioribus temporibus apostatabunt nonnulli a fide attendentes spiritibus erroneis  
 et doctrinis daemoniorum eorum qui simulatione ,mendacia loquuntur cauterio inustam  
 propriam habentes conscientiam prohi,bentes nubere iubentes abstinere a cibis quos  
 deus creauit ad perceptionem cum ,gratiarum actione a fidelibus et iis qui cognouerunt

10 veritatem quod omnis creatura .dei bona est et nichil excludendum quod cum gratiarum  
 actione sumitur. sanctifica,tur enim per sermonem dei et locutionem, ¶ Haec est prophetia  
 de Encratitis et de haeresi Phrygianorum. Quis enim nescit delirum Montanum aliena  
 loquentem Priscillam et Ma ximillam insanas vates et alios aut authores aut fautores  
 15 horum errorum: spiritibus at tendisse erroneis et innumera mendacia loquutos fuisse  
 pietatem simulantes conscientiam habentes vlceratam et diaboli cauterio penetratami  
 ne cicatrix aboleri posset? Qu si quis amplius cupit has tenebras (quas vult depellere  
 apostolus) cognoscere: Epipha nium legat, oculus tamen qui est amator lucis: his minime  
 cupit inuersari tenebris nisi cum necessitas vrget ad illas depellendas et ad verae lucis  
 20 reparationis diem. alioqui timem da est curiositas: et ex curiositate quaedam lucis  
 purius admittendae imprae paratio et ingressus maligni faciliior admissio. Quid igitur  
 mandat Timotheo? Vt praedicet: et om nem creaturam esse bonam quam deus condidit  
 et omnem escam rationabilem bonam homini essenullamque excipiendam quae cum  
 gratiarum actione percipitur et nuptias esse bonas. venturosque esse: qui aliter ex  
 25 doctrinis daemoniorum quae perniciosae haereses sunt doceant vt a vera creatoris pietate  
 abducant, etenim cibi omnes rationabiles et nu ptiaes per domini sermonem sanctificantur.  
 Rationabiles dico. nam serpentes virosa et humanae carnes et multa id genus licet  
 creaturae bonae sint: non funt tamen rationabi lis cibus. neque nuptiae rationabiles:  
 si mulieri iungatur eunuchus aut mulier viro qui puertere naturam vult propriarum  
 nuptiarum vsum ludibrio habens. nam neque illi cibil neque hae nuptiae: sed feritates et  
 30 circa naturae cibos et nuptias pessima daemonum ludifi camenta quae sanctificationem  
 non recipiunt. omnia enim sanctificationi apta: ordinata sunt. Subdit ergo Paulus ad  
 Timotheum. ¶ Haec admonens fratres: bonus eris mi, nister IHESVCHRISTI et nutriens  
 sermonibus fidei et bona doctrina quam assecutus ,es. (L Dat insuper ei alias doctrinas  
 quae cuique volenti alios istituere et in pietatis officiis seipsum exerceret necessariae  
 35 sunt. Prima vt cum aliorum suscipit institutionem: prophana s fabulas et aniles non  
 immisceat. Praebent enim eloquia et agiographorum castorumque scriptorum dicta (si  
 quid sermone inserendum est) amplissimum campum. Ait itaque - ¶ Prophanas autem  
 et aniles fabulas deuita. ¶ Certe in institutione aliorum: prophana inquinantiae et anilia  
 omnino verba deuitanda sunt. et non solum publice: sed et omnino priuate vitanda sunt.  
 40 verbo domini: ornatus mundi prodiit pulchritudoque syderum. fic quicquid ab ore nostro  
 prodit qui sumus filii verbi dei: ornatum pulchrumque esse debet et aeternae virtutis  
 et gratiae lucel vt micantibus stellis respersum. Sed nume cum neqssimis fabulis cum  
 mollibus elegiis cum lenonibo lenis meretriculis parasitis comoediarum ita ab ineunte  
 aetate emolliuntur adolescentum animi: vt cum ad adultam aetatem veniant nichil placeat  
 45 nisi prophanum nisi molle et intemperans nisi fabulosum et quod delirii vetularum  
 magis indignum sit ac perniciosum. Christus suos authores habet: suos hymnicos et  
 epicos et (vt sic dicam) σεμποτροιητας id est semnopoetas omnes suos historicos suos  
 philosophos et sapientes. in quibus qui instituuntur: castas mentes repor tanti luci spiritus  
 sanctif et sermonibus eius peruias donec aeternus eis oriatur dies non ante pubem in ille  
 50 modis corruptas et incestas per molles fabellas veneres cupidines comoedias satyras in  
 plerisque ita turpia turpiter repraehendentes ac si quis ante virgines castitatem laudans  
 (quod etiam nunc dicere pudet) denudet pudendas ac si veneficia culpans ante quos  
 culpata venena misceat. et sit veneficus: qui ante veneficii culpam quid esset veneficium  
 prorsus nesciebat. hae fascinationes daemonum sunt haec prophana: et voce Pauli prae  
 55 conis altissimi deuitanda et procul ab omni gymnasio Christi arcenda, illa enim sunt

de gymnasio idolorum : quod ei aduersatur quod Christi est. Se, cunda quam hic ponit doctrina: de exercitio ad pietatem esti et est haec. ¶ Exerce au

COM.

[ p.4 ]

tem teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio: ad paucum vtilis est. pietas au» tem  
 ad omnia prodest: promissiones habens vitae cum praesentis tum futurae. ¶ Exercitatio  
 60 corporis motio corporis quae sanitatem viresque cum accommodata et temperata fuerit  
 conseruat. Sed pietas: est mentis ad deum conuersae motio quae excessum non habet  
 vitam conseruans et praesentem et aeternam. haec: ad aeternitatem valet. illa: solum ad  
 praesentem vitam. praesens vita si ad futuram conferas: punctum est ad lineam infinitam.  
 65 corporalis igitur exercitatio, quae solum ad praesentem vitam pertinet: ad paucum vtilis  
 est. Nam et ad praesentia et ad futura quae omne bonum continent. Et piis: per os sui  
 apostoli promittit deus vtramque vitam et praesentem et futuram. mens pia et religiosa:  
 oculus est semper ad solem conuersus omnia quaecunque facit ex illa luce hauriens iaut  
 70 ad illam lucem reducens. suntque omnia opera pii: lucidam et luminosa, quomodo  
 enim qui ad solem conuertitur: quicquam facit quod non illuminetur Tertia doctrina vt  
 speremus a deo salutem: et a re alia nulla. Nam ipse est saluator omnium hominum. quis  
 enim in hoc mundo omnes homines saluat: nisi qui vitam omnibus hominibus largitur et  
 prouidet vnde habitata conseruetur? Sed maxime saluator est hominum fidelium. nam eos  
 75 et in hoc mundo saluat per prouidentiam: et in altero per gloriam et vitam sempiternam.  
 infideles autem solum in hoc mundo saluat: in altero vero (vt par est) gloria vitaeque priuat  
 aeternam per iustitiam. ergo prouidentia: communis est tam bonis quam malis. sed gloria et  
 vita aeterna: solum propria est bonis. ignominia extremaque confusio et mors aeterna:  
 malis. gloria inquam propria est bonis sed qui fideles sunt. aeterna autem confusio malis:  
 sed qui infideles sunt. aut simpliciter: vt qui neque verbo quidem credunt. aut opere:  
 80 vt qui verba fidei habent sed factis fidem impugnant. vt qui dicunt non fornicandum  
 et fornicantur non furandum et furantur: horum cum infidelibus portio est. et quod diu sic  
 viuunt: nomine infidelium continentur. si autem respiscunt ad deum honorandum  
 quem inhonorarunt ad amandum quem offensa derunt ad colendam iustitiam quam  
 transgressi sunt (vniuersa enim dei mandata iustitia continent) nomen mutabunt eruntque  
 85 rursus fideles ex infidelibus. Ait igitur Paulus. ¶ Fidelis sermo et omni acceptatione  
 dignus. in hoc enim et laboramus et in propria sustinemus: » quia sperauimus in deo  
 viuentem qui est saluator omnium hominum maxime fidelium, ¶ Qui spem vniuersam suae  
 salutis in deo collocat: laborem omnem et impropria mundi facile tolerat. quia sperat  
 in eo: qui saluat laudem damnat. Agricola cum seminat siue serena dies sit siue turbulenta:  
 90 neque in opere sui neque in praesentis temporis aut serenitate aut aduersitate sperat  
 (nam spes futuri est) sed in sola dei prouidentia quae sola potest aut messem multiplicare  
 aut eam si vult perdere. fecit tamen quod potuit: et vt agricola fidelis. Oz si agrum  
 non arasset si semen non iecisset: non speraret. Simili modo qui bene operatur in  
 rebus secundis: semen salutis iacit in serenitate dei. qui autem in aduersis et cum dura  
 95 premunt: semen salutis iacit in turbulentia dei. sed neque in secundis neque in aduersis  
 neque in operibus suis confidere debet: sed in eo solo qui facere potest vt iacta semina  
 adolescant in salutem. non enim deus aliter dat salutem operibus: quam vitam mortuis in

terram iactis seminibus. Quarta doctrina. Vt praedictarum doctrinarum luce caeteros  
 illuminemus. et sic exemus A plum vitae in sermone conuersatione dilectione spiritu  
 100 castitatem et fide nos ipsos constituamus: vt nemo nos contemnere possit. et hoc etiam ab  
 adolescentia discamus. Nam si ita vi20 uamus vt adolescentes nos nemo contemnat:  
 tanto minus contempturi sunt cum fuerimus senes. Ait ergo apostolus. ¶ Praecepit  
 haec: et doce. Facito nullus tuam iuuentam contemnat: sed exemplum esto fidelium in  
 sermonel in conuersationel in dilectionel in spiritus in fidel , in castitate. ¶ Quod praecipit  
 105 Timotheo: omnibus praecipit maxime qui aliis vt praesint praefecti sunt. Nam praecipere  
 et docere: superiorum sunt ad inferiores, neq enim ima illuminant summa: sed summa  
 imis suae illuminationis radios imittunt efficiunturque ima per radiorum susceptionem  
 (quodque pro captu) summiformia. sicque minores maiorum exempla sequentes: debent  
 quoad possunt per imitationem maioriformes in sermone I in conuersatione i dilectione  
 110 in operibus spiritus i fidel in castitate fieri. Haec enim a superioribus i ine feriores  
 sic lucere debent: quemadmodum a sole omnia inferiora luminosa videntur suntque  
 luciformia. Quinta doctrina etsi Timotheo quoquo pacto peculiaris videatur: vniuer; salis  
 etiam ex eam intelligi potest quae sit haec. Diuinae lectioni exhortationil doctrinae intem  
 dere debemus donum dei quodcunque nobis datuin est (non negligere in illis immorari.  
 115 Nam hoc facientes: nos ad dei salutem adaptamus et eos identidem quibuscum versamur  
 et nos audiunt ad salutis portum conducimus. Non subet nos impurae intendere lectioni  
 (procul absit Plautus Terentius Martialis Tibullus aut tenerorum lusor amorum et reuera  
 melius illusor animorum) sed sancae. Sacrum pectus est: cui sanda in

X

I TIMOS

scripseris euangelia cui castam Pauli doctrinam, et quicquid doctrinae non aduersatur  
 120 spiritus. si alium ex sancta lectione non sufficis exhortari: exhortare te ipsum. si non  
 sufficis alium docere: doce te ipsum. donum dei non negligere nullus est: quem non dono  
 aliquo mu neret. quod qui negligit: datorem spernere videtur. et hoc ipso: se donis aliis  
 constituit indignum. Qui his doctrinis immanet qui in his se exercet: ad pietatem se  
 exercet quae ad omnia valet et ad propriam et ad aliorum salutem, et ad praesentem et  
 125 ad futuram vitam. tres 21 itaque supremae doctrinae: secundam quoquo pacto aperiant  
 et dilucidiores aptiores reddunt. \*Subiungit ergo Paulus ad Timotheum hoc pacto.  
 ¶ Donec veniam: intende lectionil » exhortationi doctrinae. noli negligere donum quod  
 in te est: quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii.  
 Haec meditare si his esto: vt promotio tua » manifesta sit in omnibus. Attende tibi  
 130 ipsi et doctrinae. immane illis. hoc enim faciens: et te ipsum saluabis et eos qui te  
 audierit. ¶ Presbyteros qui et apud Latinos presbyter: senior dicitur. presbyterium:  
 functio et potestas seniorum erat qui manus capitibus initiandorum purgandorum aut  
 perficiendorum imponebant sacra precamina fundentes diuinamque implorantes opem.  
 Qui cum manus imposuerunt Timotheo: donum accepit prophetiae donum intelligentiae  
 135 prophetarum et sanctorum scripturarum. Et qui sanctas et impollutas manus ei imposuit:  
 Paulus fuit vt ex sequenti libro cognoscetur qui et sanctos fudit precatus dona spiritus  
 sancti a deo eidem obtinens. Verum nunc hoc nomine presbyter vtimur: non vt dicit  
 aetatem sed ordinem. ita vt cui sit senium mentis et prudentia spiritus: et si quantum

[ p.208 ]

et vicesimum annum nondum sit consecutus modo sacra maiorum functione ad hoc sit  
 140 consumatus presbyter seniorque dicitur. est enim is ordo: non initiatio sed consumatio  
 quaedam. sed talis quae non debetur nisi iis solis: qui mente sunt canal cui maior debetur  
 reuerentia quae caniciei secundum corpus. mysteria enim illa peragunt: quae omnibus aliis  
 sunt augustiora. Et ut in terrenis qui summam et absolutiorem tenent potestatem terreni  
 145 reges sunt: sic et isti summam et absolutam diuinorum tenentes potestatem sacrorum  
 reges. Viuit adhuc (nisi me fama fallit) sanctam et impollutam (ut arbitror) vitam ducens  
 vir quidam asperrimae vitae cui puellulo per plures annos angelorum ministeria circa  
 diuinum presbyterii officium patebant. nunquam res sacra illi peragi visa est: quin coelestis  
 quaedam corona supra presbyteri caput a consecrationis tempore tamdiu appareret dum  
 150 dominum corpus sanguisque sumeretur. tunc illa: inuisibilis disperebat corona. Hoc et  
 verum credo: et huiusmodi virum adhuc Mantuam tenere. Sed quid hoc: nisi signum  
 quod reuera regale est sacerdotium absoluta quaedam et mirifica potestas cui assistunt  
 angeli dei et quam reuerentur? Ergo sacerdotes omnes: haec meditemini in his estote.  
 promotio vestra manifesta est angelis non solum hominibus. saluate vos ipsos quoad in  
 vobis est: et eos qui vos audiunt et qui vobis assistunt. in vobis autem est apparere aptare  
 155 disponere: dei autem est consummare. Gratias ei agite perennes: qui vos reges fecit ad  
 opus immortale qui rex regum est et cuius solius est reges terrenos et spirituales creare.  
 Cui sit honor maiestas decus et imperium: in omnia regna regnantium et haec in omnia  
 saecula saeculorum. Amen.

TEXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata editio. Spiritus autem mani  
 160 ,feste dicit: quia in nouissimis temporibus. (¶ Quod vetus interpres dicit manifeste:  
 aduerbium est loquibiliter significans ac si diceremus. spiritus autem loquens dicit: quia  
 aduerbio parum uti consueuimus. Et non dicitur in Paulo in nouissimis per supellatium:  
 sed comparatiuo utitur. Ut etiam prophetia non multo post tempora Pauli magna sur  
 gente haereticorum caterua a vera fide disciscientium impleta esse potuerit. Paulus. Τ  
 165 ο λε τρε μα ρυτ σ λε τει, οτι ρ υσε ροι σ και ροι σ. ¶ Vulgata editio. Loquentium  
 mendacium. ¶ Ne loquentium videretur referri ad daemoniorum: satius visum est ut  
 genitiuus ille et sequentes in rectos couerterentur ut aperte referat quod supra positum  
 est quidam. tunc enim sermo latinus: omnino magis est legentibus peruius. Alioqui  
 itelligatur pseudologon id est loquentium mendacium referri ad daemoniorum. loquuntur  
 170 enim daemones in simulatione sanctitatis et religionis mendacium quo simplices homines  
 et humiles deiectione sensus magis decipiant. Nos primum sensum cepimus referendo ad  
 hominum: vetus autem interpres forte secundum referendo ad daemoniorum. neque hunc  
 neque illum improbauerim. Nam quae huiusmodi homines in simulata pietate loquuntur:  
 ea ipsa sunt quae fallacia loquuntur daemones. Paulus. ς υ λο λ ο τ Ο μ. ¶ Vulgata editio.  
 175 Et iis qui cognouerunt veritatem: quia omnis creatura dei bona est. ¶ Potius dicendum  
 quod omnis creatura dei bona. ne quia: confirmatiuum aut redditium causae videatur  
 quod potius videtur explicatiuum. cognoscere enim quod omnis creatura dei bona est  
 nichilque excipiendum quod cum gratiarum actione percipitur: est cognos-

COM.

scere veritatem. Paulus. Καὶ πεγρωκόσι λήθειαι, οτι πὰμ Κτίσμα θεου. Is Vul  
 180 ,gata editio. Sanctificatur enim per verbum dei et orationem. ¶ Potius: et locutionem

[ p.4. ]

aut supplicationem. Non enim hic ponitur vocabulum ὑπροσευχῆ quod passim oratio  
verti solet vt in principio secundi capituli hucus ubi dicitur. Obsecro igitur primum om-  
nium vt fiant preces orationes. sed ponitur vocabulum: quod vetus interpres illic vertit  
postulationes. Paulus. τιάδεται γ ρ λι λόγου θεο , καὶ υτ εὐθεεος. ¶Vulgata  
185 aeditio. Haec proponens fratribus: bonus eris minister CHRISTI IHESU Vr enutritus verbis  
fidei et bonae doctrinae quam assecutus es. ¶Potius: haec admonens fratres. Et Ihesu  
Christi. Et enutriens dici potest: quod per praesens loquituri tametsi vocem pas suam  
habeat. Et dicendum esset ex aliquibus codicibus graecis: et bona doctrina sexto casu.  
nam in graeco eiusdem casus est cum eo quod vetus interpres dixit verbis: non cum fidei,  
190 quare eodem casu verti deberet. Paulus. τα τα ττοτιθέμερος το σ Αελquodomniō,  
καλδσ ε ση Αιάκομοσ υσο χρισου, μτρεφόμενοσ το ς λόγοις τυς ττίσευωσ, καὶ  
τ καλ Αιλασκαλία. Sunt etiam codices graeci: qui hanc vltimam particulam habent:  
Καὶ τ σ καλῆς λιλασκαλίασ. Et tunc dicendum per genitium et bonae doctrinae  
et sic vetus legit interpres. Quapropter et sic etiam legi potest. ¶Vulgata aeditio. Quia  
195 speramus in deum viuum. ¶Potius dicendum: sperauimus per praeteritam. Et in deo  
vivo ius viuentis. Paulus. οτι ηλπίπαμεν ωι θς φορτι. ¶Vulgata aeditio. Nemo  
adolescentiam tuam contemnat. ¶Hoc praeceptum non aliis sed ipsi fit Timotheo. Ad  
quod magis inuendum opere precium magis duximus sic esse dicendum facito nullus tuam  
iuuentam contemnat. Paulus. μηλείσ σο τ σ ρεότητοσ καταφορμεετω\* ¶Vulgata  
200 aeditio. In conuersatione in charitate in fide in castitate. ¶Dicendum in charitate in  
spiritu. deest enim i spiritu post charitate. Paulus. μ μαρροφῆ, εμ αρατη. ν μ  
πτρεύματι, μ ττίγει, μ γρεία. ¶Vulgata aeditio. Noli negligere gratiam quae i te  
est. ¶In graeco vocabulum quod passim donum interpretari solet habetur non gratia et si  
in re et significatione ( vt dictum alias est) cum gratia conspiret. Paulus. Ιιιι - εμέλει  
205 το ν γοὶ χαρέσματοσ. ¶Vulgata aeditio. Insta in illis. ¶Illud insta designat immanere.  
Et respicere videtur id quod prius dictum est: hec meditare in his estot immane illis id  
est mane in illis contine te in illis neque velis ad aliena excedere. Quod praeceptum  
etsi in sacris eloquiis maxime est obseruandum: si tamen in caeteris disciplinis etiam  
humanis obseruaret meditando instando et immanendo iis quae a probatis authoribus  
210 tradita sunt paruo tempore omnes disciplinas acquirere possemus et ex illis legitimo  
quodam calle ad diuina transferri vt ex sensibili mundo ad intellectualent ex humano  
spectaculo ad diuinum (vt sic dixerim) theatrum. Quia probatorum dictas neque adole-  
scentes neque adolescentum praeceptores hac nostra tempestate meditantur in illis non  
sunt illis non immanent sed ad aliena abiguntur pascual magis infoecunda q̄ solitudines  
215 Libraesq̄ Arabum auia: nunq̄ ne vnam quidem (vt par est) etiam humanam adipisci  
valent disciplinam. et cum se omnia scire praesumunt: egregie delirant. et cum culices  
venau sunt: arbitrantur se cepisse elephantas. Sed omnia apud eos oracula: leuiora  
sunt foliis Sybillae. Et vtinam saltem sacras (si dici volumus theologi) meditare more  
scripturas illis insisteremus illis immaneremus et quasi intra muros paradisi contineremur  
220 et non ad aliena raptaremuri quae prohibet apostolus. Quod donec fiat: cum in humanis  
tum in diuinis lux diuina (etsi nobis affulgeat) nunq̄ capietur. Valeant ergo omnia  
exotica barbara foeda olida et quae quicquam impuri et foedi (quis elegantia sermonis  
adumbrati) continent: vt lux capiat diuina. Tam enim ab elegantibus improbam etsi  
festiua oratione continentibus sententiam iq̄ a barbaris inconcinne et male perstrepando  
225 ad aliena trahentibus: cauendum est. Paulus. ττίμεμε αυτο σ.

## CAP. V.

**I**nstitutit insuper apostolus Timotheum: quomodo in omni officio attendat decorum( et personis se in omni honestate accommodet. Et ait. (Seniorem ne increpaueris: sed obsecra tanq̄ patrem: iuniores-tanq̄ fratres. Anus: vt matres. Adolescentulas: vt sorores i omni castitate. viduas honora: quae vere viduae sunt. ¶ Si in eo qui praeest tantam in docendo et corrigendo requirit mansuetudinem et humanitatis graetiam: q̄ non intelligunt illi qui nullam habentes aut in personas aut in coetus superioritatis praeeminentiam tanta austeritate carpunt quasi ii ipsi sint qui mittant in gehennam putantes hoc ipso seipsos iustos esse sed discant formam docendi et mansuetudinem ab apostolo: et quisque gradum suum cognoscere. Seniores obsecrent tanq̄ patres etiam si episcopi erunt vt Timotheus aequales tanq̄ fratres lon ge etiam aetate inferiores aut vt fratres aut vt filios. Anus: vt matres. Adolescentulas:

x

## I TIMO.

[ p.209 ]

vt sorores. videant tamen ne id faciendo: impuras sentiant carnis motiones, essent enim infirmi: magis forte et doctrina et medicina egentes q̄ quibus doctrinam l medicinaque parent. id igitur in omni castitate et puritate fiat. quod nemo potest aut vix: nisi qui spiritualis est. esse autem spiritualem: non cuiusq̄ est quantumque se aestimatus est dei donum. Viduas quae vere viduae sunt: honorent. vere viduae sunt vt turtures carentes compare: quae nulli amplius mortali viro haerere volunt sed quod reliquum est vitae soli Christo haerere solique placere simplicitatem in se gerentes columbinam l castitatem seruantes turturinam. Verum quia de viduis locutus est: amplius prosequitur. nam quae viduae sunt: aut filios habent aut nepotes aut sunt solae relictae l pariter orbatae virofilliis nepotumque solatio. Nunc autem pro ea cui sunt filii aut nepotes: hoc ponit praeceptum. Filii aut nepotes domum cum pietate regant: et viduae matri mutuam prouidentiae vicem rependant. Sic ergo ait Paulus. ¶ Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet: discant primum proprias domos religiose curare l et mutuam vicem parentibus reddere. Nam hoc: coram deo acceptabile est. ¶ Certum est hoc praeceptum tunc habere locum: cum filii aut nepotes tantilli sunt qui iam possint domum gubernare et exteriorem curam gerere l vidua autem interiorem, vt quae dudum didicit intra domum esse materfamilias. et haec vidua: sed non vsque adeo vere vidua, nam loco viri: filiorum aut nepotum subleuamen ac solatium habet et plerumque circa rem familiarem perinde occupata viuit vt virum habens nisi nurus eam a cura rei internae leuent. Sed quae nam ,omnino et simpliciter vere vidua dici debeat: subiungit Paulus dicens. ¶ Vere autem vidua et quae sola manet: sperauit in deo ( et imanet orationibus et obsecrationibus nocte , dieque . ¶ Hanc ergo vult dici vere viduam: quae sola relictas sperauit in deo neque die neque nocte ab orationibus et obsecrationibus cessat. sperauit dico magis q̄ in viro dum viueret: et magis deo spiritu adhaeret q̄ adhaesit corpore viro. ideo orando magis deo et die et nocte famulatur q̄ vnq̄ terreno et mortali sponso. quae licet neque filiorum neque nepotum solatia quaerat: solatur tamen animo magis q̄ prolis aut consanguineorum villo posset famula letio. quaecumque ; huiusmodi est: omnino simpliciter et vere vidua

est. De ea autem que om , nino vere vidua non est: subdit apostoloi dicens. ¶ Quae  
 40 autem in deliciis degit: viuens mor \*tua est. ¶ Deliciae: carnem nutriunt et extinguunt  
 spiritum. vita autem carnis: mors spiritus est. mors autem spiritus: vera mors est.  
 quare et huiusmodi vidua cum spiritu mortua sit: etsi carne viuens reuera mortua est.  
 Sed ex doctrina viduarum mulierum: quid de viduis viris et veres et non vere viduis  
 45 sentiendum sit edocemur. Coniugatorum vita: actiuorum est. vere autem viduorum et  
 virorum et mulierum: contemplatiua esse debet. etsi non in summo saltem in imo: vbi  
 oratio et depraecatio in humilitate et simplicitate collocatur. Iubet apostolus vt quisque  
 suarum viduarum curam geratisiue pater filiam siue filius matrem siue nepos auam  
 suam viduam habet. Ac ait. ¶ Et haec praecipe: vt irrepraehensi'biles sint. si quis  
 50 ¶ Quare fidem negauit? Quia religio munda et immaculata apud deum et patrem haec  
 est: visitare pupillos et viduas in tribulatione earum etiam ersi visitantium nichil sunt.  
 tanto magis igitur cura gerenda est suarum et domesticarum viduarum. qui igitur id non  
 facit: fidem ac religionem negauit. Certum est facto fidem negasse. sed et si dicit ad se  
 nichil attinere prouidere eis: fidem cum verbotum facto negauit. et est infideli deterior.  
 55 nam multi infidellum: suis prouident. et si non prouident: fidem non abiiciunt quam  
 nunq̄ susceperunt. Quartum ponit praeceptum de viduis quibus ex ecclesia prouidendum  
 et quae de mensa ecclesiae sunt pascendae: atque subdit. ¶ Vidua deligatur non minus  
 sexaginta annorum: quae fuerit vnus viri vxor in operibus bonis habens testimonium si  
 liberos educauit si hospitalis fuit, si sancto\* rum pedes lauit si oppressis subuenit si  
 60 omni bono operi inseruiuit. ¶ Quae tales habebant probitatis commendationes: dignae  
 iudicabantur quibus de sacro subueniendum esset, etsi enim bona ecclesiae orphanis  
 viduis et pauperibus dispensare bonum est: melius tamen vt sacra sacratoribus et meliora  
 melioribus dispensentur. Quapropter sequenti praecepto iubet adolescentulas non esse  
 hoc modo eligendas, etsi vnus fuerint vxores. nam plerunque euenit vt postq̄ bonis  
 65 Christi deliciose fuerint vsae: nubere velint, in hoc ipso peccatum habentes: quod fidem  
 viduitatis quam promiferant Christot per bigamiam violant. insuper cum sacris aluntur:  
 discunt esse ociosae circuire domos nugaces et curiosae et loquentes quae non decent.  
 Ideo de eis quantum hoc dat praeceptum Paulus:dicens. ¶ Iuniores autem viduas deuota.  
 nam quando CHRISTO deliciatae fuerint: nubere volunt habentes iudicium per primam  
 70 fidem abiecerunt. simul autem et ociosae discunt circuire domos: non solum autem  
 ociosael sed et nugaces et curiosae loquentes quae non decent. ¶ Sunt qui haec duo  
 vltima praecepta intelligunt: per facerdo

## COM

tibus ac presbyteris ad curandam rem familiarem liceat eligere viduas non iuniores q̄  
 sexagenarias. Sed nichil hici de re familiari presbyterorum loqui videtur Paulus: praeser  
 75 tim cum tempore illo presbyteri proprias vxores haberenti quae remiquae intus erati  
 familiarem curarent. quid igitur opus erat de alienis mulieribus loqui: quae eorundem  
 rem tractarent domesticam atque familiarem? De iis itaque loquitur: quibus ex sacro  
 proui debatur. Quid est quando Christo deliciatae fuerint: nisi quando Christi deliciis vsae  
 fuerint? quae sunt orare ecclesiae et rebus sacris interesse et insuper ex sacris educari,  
 80 cum has tentauerint delicias: incipiunt plerumque iuniores viduae illas fastidire et nubere

[ p.5 ]

malunt. sicque primam viduitatis fidem faciunt irritam: insuper et faciunt ecclesiae scandalum. Pro huiusmodi igitur iunioribus viduis: dat sequens praeceptum Paulus non tam iubens q̄ indulgens. Atque ait. ¶ Volo igitur iuniores nubere liberos procreare rei familiari praesesse nul iam occasionem dare aduersario conuicii gratia. nam iam quaedam  
85 abierunt retro post sathanam. ¶ Quid est volo: nisi permitto. Praeceptum igitur hoc: permissorium est. Et melius est quod iuniores nubant, q̄ fidem viduitatis promittentes ex sacris alimoniam petant: et postmodum fidem irritam facientes nubere velint. nam obiurgari solent plerumque huiusmodi: et diabolus ex obiurgatione occasionem sumens facit vt timentes huiusmodi irritae fidei conuicial non nubant et ad deteriora eas trahiti et  
90 secretas fornicationes. et sic auersae a Christo: eunt post sathanam et ruunt in perditionis barathrum. Et exemplo aliquarum quae sic perierunt admonet Timotheum: vt tales non recipiat sed eis indulgeat vt nubant. De iis viduis quae etsi iuniores sint et nubere nolint patres aut matres soceros aut nurus habentes: septimum tradit praeceptum Paulus dicens. ¶ St quis fidelis aut si qua fidelis habet viduas: ad sufficientiam suppeditet eis et non  
95 grauetur ecclesiae vt iis quae vere viduae funti sufficere possit. ¶ Haec de viduis: hactenus apostoli determinatio. Nunc de presbyteris id est fenioribus: qui verbo et exemplum est sermone et opere bene praesunt sequens adiungit praeceptum dicens. (Q ui bene praesunt presbyteri: duplici honore digni habeantur maxime qui laborant in sermone , et doctrina. Dicit enim scriptura. Non frenabis bouem triturantem. Et dignus est ope,  
100 rarius mercede sua. ¶ Duplici honore: et spirituali et terreno. spirituali: eos reuerendo et venerando. terreno: eos nutriendo et omni corporali necessitate subleuando, quanto enim spiritualiores sunt: tanto quo ad se paucioribus terrenis contenti sunt, est enim magis deo simile: per se sufficientiat et paucissimis egere. qui autem terreni sunt: copiis sunt insaturabiles et semper crescit ardor habendi. Et maxime honorandi sunt: qui presunt et  
105 in verbo fidei et in doctrina bene laborant. nam illi sunt architecti: alii autem vt iussa architecti exequentes. Hoc modo nos Christus hoc modo Christi imitatores apo stoli sermonis labore peruexere ad salutem. Et eos esse alendos autoritate sacrarum literarum firmat et veteris et nouae legis et vmbrae et veritatis. Nonum praeceptum de eisdem ponit: dicens. ¶ Aduersus presbyterum accusationem non admitte: praeterq̄ sub duobus  
110 aut tribus testibus. ¶ Nam verisimile non est: vt qui ea aetate et in tanta gradu sublimitate positi sunt facile delinquant. et maxime in illa tempestate: in qua spiritus sanctus in cordibus eorum praesidebat. In omnibus enim qui spiritualiter praesunt: praesidet spiritus sandus. Nam illi: spiritu aguntur. Et age vt rem paruam magnae rei conferamus. Si quis praesit adolescentibus et ad mores et vitam instituat: aduersus eum non facile  
115 admitti debet accuatio. tanto minus aduersus seniore qui praesit populo: nitens eum verbo et exemplo forma ,re ad pietatem. Decimum praeceptum subiungit: dicens. ¶ Peccantes: coram omnibus redarguel » vt et caeteri timore quatiantur. ¶ Materia subiecta vult id de presbyteris dictum. Qui sicut aduersus eos difficiliter admittitur accusatio: ita conuicti et rei sceleris grauius debent redargui coram omnibus aliis presbyteris (de  
120 presbyteris enim hic sermo est) vt et caeteri terreantur. nam quanto altiore in gradu sunt: tanto casus horrentior et magis timori esse debet. atque hac de causa: increpatio et deterritio maior. Qui vniuersaliter intelligunt: rem subiectam non attendunt. et id solum et maxime locum habere posset in publicanis et publice peccantibus. Ergo de sacerdotibus conuictis intelligatur: vt et consentaneum est. Sed et vndecimum quod  
125 maxime spectat ad episcopum: qui vt est eorum qui praesunt honorabilissimus, ita ad eum spectat labor sermonis et doctrinae et vitae exemplum: et cuiusque pro dignitate

obsecratiot exhortatio approbatiot aut redargutiol sed quemadmodum sancta mandant  
 inslituta. Quapropter arcte mandat Timotheol et cum adiuratione: vt supradicta obseruet  
 et nichil nisi quae praeiudicata praediffinita et preordinata sunt faciat motus aliorum  
 130 aduocatione ac patrocinio , sic inqens.¶ Testor coram deo et domino IHESV CHRISTO  
 et electis angelis: vt haec custo ,dias sine priori iudicio nichil faciens per aduocationem.  
 ¶ Quid em sine priori iudicio:nisi quod praeiudicatum praediffinitum et praeordinatum a  
 spiritu sancto et ducibus ecclesiae

X

I TIME

est? quorum vnus magnus fuit Paulus: in quo Christus et spiritus sanctus loquerentur. [ p.210 ]  
 135 Quid est per aduocationem: nisi per humanam gratiam et fauorem? sic sacer inter-  
 pretatur Athanasius. nituntur enim patronil aut aduocati humani quippiam accusantes  
 aut defendentes: iudicis sibi conciliare gratiam. per quam si iudicat aliter q̄ a sanctis  
 ordinationibus praesancitum est: ante deum et dominum Ihesum Christum et electos  
 angelos violationis sanctae adiurationis reus est. Oq̄ incumbit episcopis: recte iudicandi  
 140 necessitas q̄ duras officiales eorum nunc exercent partes q̄ eis timenda est gehennae  
 fornax et inextinguibilis clybanus. Horresco referens. Duodecimum praeceptum etiam  
 ad episcopum pertinet: cuius est imponere manus et sacros fundere precatu et caetera  
 exequi mysteria ad presbyteros consumandos. hi: dicti sunt reges sacrorum. neque enim  
 decet regem aeternum filium aeterni regis: nisi per reges familiariter in altari tractari. et  
 145 hi sunt per excellentiamtetsi non vulgari opinione reges: quos coronant angelil et quorum  
 coronas angeli portantinon homines. de his verum est: et id. Et adorabunt eum omnes  
 reges terrae. Ergo non temere non cito faciendi sunt presbyteri: ne scelestus aliquis  
 tanta dignitate doneturi qua nulla in terris sublimiori nulla augustior. ne scelestus et  
 impurus: proxime aeterni regis adhibeatur seruitio. alioqui qui ordinat: peccatorum ,eius  
 150 reus tenebitur perinde atque scelerum particeps. Ideo subiungit Paulus. (I Nemi,ni cito  
 manus imponas: neque communices peccatis alienis. ¶ Qui alienis vices suas tribuunt:  
 operibus eorum communicant. vt qui iudex est: si vices suas alicui scelerato et iniusto  
 committiti ipse pariter cum eo iniustiarum quas substitutus commiserit, reus tenebitur.  
 sic et episcopus sacram vicem augustissimil mysterii tractandilalii tradens: si spurcus et  
 155 immundus fuerit indignitatum eius quoties spurce et immunde ad id mysterium tractan-  
 dum accesserit pariter cum eo comparticeps reusque habebitur, sic et si ipse qui pastor  
 est vicarium ponat ouibus suis qui vt lupus deuoret mutiler dissipet: peccatorum eius  
 particeps habebitur et eiusdem reus tenebitur delicti. Item et si ipse qui iudex est officium  
 alii committat qui iudicium peruertat: alienis communicabit peccatis, et reus erit peruersi  
 160 iudicii. Et quia multa potest episcopus et variis modis potestatis aliis communicare: ideo  
 multum vigilare debet et aciem mentis intendere ad id quod ple nus inquit apostolus  
 neque communices peccatis alienis. nam haec sunt verba spiritus. Tertiumdecimum  
 praeceptum communiter omnes respicit cum omnes regenerationis filii ad sanctitatem et  
 puritatem vocati sint: et maxime episcopum qui summum locum inter eos tenet decet  
 165 esse castum sid est purum mundum et sanctum. post quem: presbyteri. deinde , diaconi:  
 vsque ad infimum plebis sanctae statum. Dicit ergo Paulus. ¶ Teipsum: castum serua.  
 (LVerum quia ad castitatem et puritatem seruandam: multum facit temperantia et a cibis

et potibus facientibus lasciuere et petulascere carnemtabstinentia. qualis esus multus  
 170 carnum iusculentorum nimis delicatel opipare (et vt sic dixerim) Apiciane paratorum  
 ¶Noli adhuc bibere aquam: sed paucio vino vtore propter stomachum ,tuum et crebras  
 infirmitates tuas. ¶Ergo vino et iis quae in sanis faciunt luxuriare car nem: vtendum  
 est medicinae locot et cum natura ad sanitatem illa requiriti non ad lasciuam. Certum  
 175 enim esti sancti viri Timothei consuetudinem fuisse bibere aquam: alioqui non diceret  
 apostolus noli adhuc bibere aquam. id enim insinuat noli adhuc. multum tamen vinumi  
 prohibet: quia neque facit ad sanitatem neque ad vitae castitatem atque puritatem. Et  
 tales debent omnes esse: praesertim episcopi et omnes sacerdotes. qui si vino vtantur:  
 paucio vti debent. Sed quid dicemus de multis qui immodice se proluunt: et plenis  
 et turgentibus venis carnis puritatem perdunt pariter et spiritus ? et per omnimodam  
 180 intemperantiam et exquisitos delicatosque cibos carnis petulantiam fouent ? et omni-  
 moda gulae lenocinia sectantur vt videatur quidam intemperantiae daemon fomem ta  
 gulae ventris renumque in popina miscuisse ad castitatem puritatemque perdendam?  
 Quid enim dicemus de eiusmodi: nisi quod subiungit Paulus dicens? ¶Quorundam  
 hominum peccata praemanifesta sunt: praecedentia ad iudicium. quosdam vero:etiam  
 185 ? subsequuntur. Identidem et opera bona: quaedam praemanifesta sunt et quae aliter  
 ha\* bent: abscondi non possunt. ¶ Quid est quosdam vero etiam subsequuntur: nisi  
 quorundam etiam peccata in fine deteguntur? Quid etiam et quae aliter habent abscondi  
 non possunt: nisi quod bona quae ante manifestam non sunt in fine non latebunt. Et haec  
 bona siue praemanifesta siue in fine cognita: ad iudicium vitae, identidem et mala (nisi  
 190 expientur) siue i prin cipiossiue in fine manifestentur: in iudicium sunt mortis. Oculum  
 enim nostrum: neque lux latet neque tenebrae. stultum igitur est: putare siue bona siue  
 mala quaecumque posse latere deum ma amum vniuersitatis rerum oculum. oculum  
 vbique exillentem et omnibus praetentem, yidet enim

## COM.

omnia: neque quicquam ipsum effugere potest. Studeamus igitur ita viuere: vt bona  
 195 opera nostra manifesta semper sint ante eum etsi mundum lateant: quae etiam in fine  
 latere non poterunt mundum. vt ei placeamus: qui cum sit summe bonus amator est  
 bonorum. et ei seruiamus: quem boni omnes sine fine laudabunt. Cui et ex hoc nuncisit  
 omnis laus decus et honor:in omnia saecula saeculorum.

(EXAMINATIO nomnullorum circa literam. ¶Vulgata aeditio. Viduas honora:quae  
 200 vere viduae sunt. ¶ Vere: aduerbium est non nomen. Paulus. χήρας τίμα, τὰς  
 ουτως χήρας. Et sic vere: vbicunque in hoc capiteliungitur vocabulo viduael sumitur.  
 , ¶Vulgata aeditio. Discat primum domum suam regere et mutuam vicem rependere  
 paren,tibus. ¶Dicendum: discant pluratiue. Filiis enim et nepotibus qui sufficienti  
 et adulta sunt aetate: praeceptum dat Paulus non viduae solatio viri destitutae, qđ  
 205 insinuat particula: et mutuam vicem reddere parentibus. id eni: ad filios et nepotes  
 pertinet. Et quod vetus iterpres dicit regere: magis habetur pie religioseque colere.  
 Eusebia enim (quae pietas et pia cura est) ad deum ad parentes atque ad patriam dicitur.  
 Paulus. μαθηαρέ τωσαν τὸν ΙΑτομ ικομ υσεφς μ. καὶ μυοιθαας τρολιλόραι  
 το σ ωρογόμοιοις. ¶Vulgata aedi\* tio. Quae autem vere vidua est et desolata:spert

[ p.5 ]

210 in deum et instet obsecrationibus. ¶Id desolata: solitarie manentem significat. Et dicendum potius sperauit et immaneti slue insistit orationibus. Quia enim sperauit: sola manet libenter et orationibus iugis insistit. Etiam si diceretur sperat in deum et imanet orationibus propter naturam copulatiuae particulae quae id apud latinos vt plurimum idem tempus requirit: neque forte officeret intelligentiae neque ser monitetsi apud Graecos

215 sperauit praeteritum sit aptusque sit sermo. Paulus. ἰὼν πρῶσ κήρα, καὶ μεμορομερη, λπικερ ε ωι τὸμ οεδν, καὶ προσουerei, ρα ς Ας ,υσεισι. ¶ Vulgata aeditio. Si quis autem suorum et maxime domesticorum curam non habet: fidem negauit. ¶ Potius dicendum: suarum et domesticarum foeminino genere. nam de viduis loquitur Paulus. Eniuero curam non gerunt aut matrum aut filiarum, aut consanguinearum viduarumi

220 sed vtcumque voluti sinunt licentiose viuere et delitiis ac voluptatibus defluere quae alioqui prouidentia suorum probae et honestae viduae fuissent: peiores sunt infidelibus qui nunq̄ fidem agnouerunt et durius perferent iudicium. Paulus. εὐλέτισ τ ν ΙΑΙωρ, Rdl μάλιςα τ μ υπείωμ υ πρόμοετ, τήμ πίσιμ upputai. Quia enim genus apud Paulum ambiguum est (nam commune) masculinum coepit interpretis apud nos minime

225 dubium, sed quod minus pro subiecta materia videbatur. Saltem vt ancipitem inuenerat sermonent ancipitem interpretando reliquisset vt et nos fecimus. qđ discretio legentis: in id quod oportuerat discreuisset. ¶ Vulgata aeditio. Cum enim luxuriatae fuerint: in CHRISTO nubere volunt. ¶Dicendum esse potius videtur: deliciatae Christo. Et cum dixiti iuniores autem viduas deuita: non tam aetatem respexisse crediderim q̄ morum mobilitatem et inconstantiam. Nam si moribus iuuenes funt et inconstantes: volunt vt

230 vere viduae quodam tempore solae maneres orationibus et obsecrationibus insistere. sed vbi parumper hoc viuendi modo Christo deliciatae sunt: incipiunt fastidire et nubere volunt. Verum ob mo rum inconstantiam quia moribus iuuenes sunt: si delicias Christi eligunt quae sunt in orationibus et obsecrationibus et abstinentiis degere statim fastiditae desistunt et ociosae manent et discunt circuire domos fieri verbosae et loqui quae non

235 decent. Tales sunt deuitandae neque etiam a pontificibus (etsi id peterent aut earum parentes) seruitio Christi in claustris mancipandae. Talibus profecto: ex bonis ecclesiae alimonia non debetur. Sed parum nunc praeceptum Pauli obseruatur: et parum quae tales sunt deuitantur. Et in superiori sermone mutauit vetus interpretis sententiam: aut insulsami et indignam fecit locur tionem. Nam cum vocabulum Christot in verbum praecedens

240 apud Paulum referatur: nemo nisi indigne et insulse dicit luxuriatae Christoi siue in Christo. Quid enim luxuriatae: nisi fornicatae ( at nullus dicit fornicatae Christo aut in Christo. Qua de causal mutata sententiam praepositionem addunt Christo et in sequens verbum nubere reuocantsatque sententiam mutant. Paulus. ὁρα γαρ καταρμμιάσωσι

245 το χρισου, γαμε θε λουσιυ. ¶T Vulgata aeditio. Volo autem iuniores nubere. ¶ Dicendum: volo igitur. Concludit enim hic quid de huiusmodi iunioribus non tam aetateq̄ moribus faciendum sit: quas superius ad delicias Christi iussit esse deuitandas. Paulus. ὄυλομαι ουμ μεωτέρασ γαμε ν¶ Vulgata aeditio. Si quis fidelis habet viduas: subministret illis. (T Dicendum potius: si quis fidelis aut si qua fidelis. Nam fidelis

250 prius in masculino et consequenter foemininum ei subiungitur. Paulus. 21Tισ ωιSδσ ηι πιςη χςι χ ρασ, παρRειτω υτα σ. Verum si diceremus si quis fidelis aut fidelis habet viduas: secundo loco genus non intelligeretur( vt in Graeco intelligitur iccirco adiecimus si qua. Sie enim genus manifeste cum primo tum secundo loco per articulum in graeco intelligitur sine tali adie

x

I TIMO.

[ p.211 ]

- 255 cione: acsi diceremus si quis fidus aut fida viduas habet, sed fidus: non tam accomodate exprimit vocabulum vt fidelis. ¶ Vulgata aeditio. Vt non grauetur ecclesia. ¶ Legendum per copulandi notam: et non grauetur ecclesia. Paulus. Καὶ μὴ δοαρέ ισθων ηι κ\*λησία. ¶ LVulgata aeditio. Testor coram deo et CHRISTO IHESV. (J. Dicendum: et domino Ihesu Christo. Deest domino et ordo sermonis immutatus. Paulus.
- 260 ΑἰαμαρΤύρομαι ρώ τριοι τοῦ οεοῦ, καὶ Κυρίου Ιησοῦ Χριστοῦ. ¶ Vulgata aeditio, Vt , haec custodias sine praeiudicio nichil faciens. ¶ Particula sine praeiudicio: in particulam sequentem referri debet. Et sine praeiudicio: non id significat quod vulgo intelligi solet sine detrimento aut dispendiol sed id significat sine praeuiol priore praece-
- 265 denteuue iudicio. designat enim praeiudicium: praeuium praecedensue iudicium. Quam intelligentiam: in expositione huius locil haud inscite beatus sectatus est Ambrosius. et id: ratio vocabuli exposcit. Paul, ἴμα τα τα φιλάρησ, χωρὶς τροκρίματος μηλέμ ποι μ. » ¶ Vulgata aeditio. In alteram partem declinando. (I Potius dicendum: per aduocationem. Nam ωρόσ λλησις non declinationem: sed aduocationem significat, quod perinde est: ac per patrocinium aliorum qui aut aliqua accusant aut aliqua probant.
- 270 Clisis enim quando declinationem significat: scribitur per iotatid est per iionam literam. quando vero vocationem: per itatid est ul septimam literam graecam. hic autem per ita septimam literam scribitur. Vicinitas tamen vocabulorum: forte fecit veteri interpreti allucinationem vt longa circulatione vteretur et paraphrasi non interpretatione. Paulus. κατὰ ωροσΚΑυΓιρ. ¶ Vulgata aeditio. Quorundam hominum peccata manifesta sunt.
- 275 ¶ Po tius dicendum: praemanifesta sunt. Paulus. τιμ μ μορό ωωμ ι μαρτ αι πρόν Αυ λοι ισι. ¶ Vulgata aeditio. Similiter et facta bona: inanifesta sunt. ¶ I Et hic quoque dicendum: praemanifesta sunt. Paulus. σάυτως καὶ τὰ καλα ρτα, πρόσληλά 251.

CAP. VI.

- D**E viduis presbyteris et episcopis: posuit in praecedenti capite praecepta. Nunc de seruis: hoc ponit praeceptum Paulus dicens. ¶ Q uicunque sub iugo sunt serui: proprios dominos omni honore dignos arbitrentur enim nomen domini et doctrina blasphemetur. ¶ De iis seruis hoc praeceptum intelligitur: qui sub iugo seruitutis erant dominorum
- 5 infidelium. Quis enim dubitat si domini nossent seruos effectos Christianos et tunc minus seruire? et tunc minus se ab eis in honore haberi: quin nomen et doctrinam Christi blasphemarent cul credentes serui et cuius doctrina imbuti tam malii rebelles superbisac contemptores ef, fecti essent? negligentia igitur eorum et contemptus: in contumeliam Christil et doctrinae eius reciderent: nisi (vt par est) seruirent et dominos suos omni
- 10 honore dignos du o cerent. et hoc propter Christum: qui est dominus dominorum. Aliud praeceptum dat de iis seruis: qui dominos habent fideles dicens. ¶ ¶ Qui vero fideles habent dominos: » non contemnant quia fratres sunt sed magis seruiant quia fideles et dilecti qui beneficium percipiunt. ¶ Fideles serui fideles habentes dominos: non debent vt seruil conditionem attendere spiritus. nam secundum conditionem spiritus qua
- 15 Christiani sunt: non seruil sed fratres. et domini: secundum conditionem spiritus non

domini eorum sed fratres sunt. sed serui conditionem carnis attendere debent: qua et ipsi reuera sunt serui et domini eorum domini. Et nichil refert: an empti fuerint aut vernaculi aut lege humana serui. nam hanc conditionem voco carnis: quae ex spiritu non est sed aliunde. et conditio spiritus hanc non tollit: quia peccatum non est et sine peccato esse potest. et seruus: sine peccato seruit. et dums: sine peccato dominatur. neque seruire neque dominari vt huiusmodi: peccatum est. Quid igitur attem dere debent huiusmodi serui ? Conditionem profecto carnis: in seruiendo et seipsos omnimodo humiliando ac subiiciendo. et conditionem spiritus: ad diligendum pariter et seruitium diligentius exequendum. Quo modo enim eos non amabunt: quos secundum hanc conditionem cognoscent esse fratres ? quo modo cum conditionem carnis et fortunae attendunt aut fortasse secreti cuiusdam diuini iudicii: non promptius seruiant iis quos dilectos esse cognoscunt? Sed cui dilectos? Christo et regi aeterno et vniuersorum domino. Multo sane magis est eis occasio seruiendi q̄ infidelibus dominis: qui etsi in se potestatis et dominii ferant signaculum (omnis enim potestas a domino deo est) non tamen dilecti sunt a domino. Haec doctrina: spiritus est. Quapropter mandatum dat Timotheo per Timotheum omni praeconter: vt ita doceat atque ait. ¶ Haec doce: et exhortare. Si quis secus docet et non accedit sanis sermonibus qui sunt domini nostri IHESV CHRISTI et doctrinae quae secundum pietatem est: inaniter se se iactauit nichil sciens. sed languens circa quaestiones et pugnas verborum ex quibus oritur muidia contentio blasphemie suspensiones malae conflictationes

## COM

. hominum mente corruptorum et veritate destitutorum existimantium quaestum esse pietatem. (¶ Praecepta quae posuit Christiloquus et spiritiloquus Paulus et quae iubet esse do cenda et hominibus suadenda: non suos sermones esse dicit sed spiritus sermones et sermones domini nostri Ihesu Christi. et qui aliter docent: inaniter se de doctrina iactant, quia nichil sciunt: etsi se scire putant. Et vt eos cognoscamus: manifesta dat nobis signa. nam ii sunt qui circa quaestiones languent et logomachias id est argutiarum verborum pugnas: ex quibus inuidialcontentio blasphemiae ebulliunt. Nam quod vnus de diuinis asseuerat: alter continue pernegat. quare si vnus bene dixit: alter blasphemat. Suspensiones malae. nam vicissim contententes: se male vicissim de fide plerumque sentire suspicantur. Conflictationes hominum mente corruptorum. nam vt ii qui appetitu corrupti vnguibus et manibus aut etiam laetiferis armis in se inuicem conuolant et seuiunt: ita qui mente corrupti sunt tam vana et inutili verborum pugna ad inanem gloriam aut quaestum conflagunt. et quo modo corrupti mente non essent: qui veritate destituti sunt existimantes quaestum esse pietatem? Veritas enim: est mentis vita. Quid est quod doctrinam spiritus: aut prorsus abiiciunt aut carnaliter aut infra carnalem etiam dignitatem trahunt? Vtinam tempora nostra nullos tales pariant: et praesens aetas talibus careat monstris. Oi si erunt: quid nam faciendum longe etiam per spiritum videns: sequenti documen. to apostolus nos edocet dicens. ¶ Procul esto a talibus. Est certe quaestus ingens: pietas cum sufficientia. nam nichil intulimus in hunc mundum: manifestum pro neque quicquam auferre possumus. habentes autem alimenta et integumenta: eis contenti simus. ¶ Pugnas verborum inanes reliquamus: quae proculdubio non pariunt nisi verba. et mera verba sunt: meraque verborum alioqui

[ p.6 ]

inanes non essent. et doctrinas sectemur pietatis: quae sunt doctrinae spiritus. Ex illis  
 quae verborum pugnae ac conflictus plenae sunt: inanem gloriam et auaritiae quaestum  
 60 non quaeramus. sed doctrinam sectantes pietatis: pietatem consequemur ingentem  
 reuera quaestum et per se sufficientem aut saltem minimil non sui quidem sed ratione  
 carnis egentem. propter quam alimento eget non multot sed moderato: et vestimento  
 quo tecta caro defendatur a nociuis, non quod superbiat pauonis more: quae volucris  
 in se picturam gerit angeli in se conuersi e coelo ruentis. Sed quid i externis bonis  
 65 gloriaris: in vestibul in diuitiis etiam si ex diuina benedictione et propriis rebus sine  
 auaritia vt lobi vt Abrahans vt Isaac vt Iacob tibi assint? Cum cogitas te nichil tecum  
 in hunc mundum ex illis omnibus intulisset neque ex illis quicquam tecum auferes in  
 alterum? parum tibi gloriandum: nisi rationis oculo captus sis qui longe etiam inferior  
 est ocu lo spiritus. Qz si diuitiis non abundas neque habes vnde ex dei benedictione et  
 70 prouidentia accipias: quid illis inhias quas sine auaritia habere non possis Quo modo sine  
 auaritia habere putas? cum ille appetitus tuus rationis corruptae auaritia sit? Esto igitur  
 i studio pie assunt diues fieri: et audias apostolum id mandantem, atque dicentem. ¶ Qui  
 enim volunt diuites fieri: incidunt i tentationem et laqueum et multas irrationabiles et  
 noxias concupiscentias: quae demergunt homines in interitum et perditionem. radix enim  
 75 omnium malorum: pecuniae cupiditas \* est. quam quidam appetentes aberrauerunt a  
 fide: et seipsos iplicuerunt doloribus multis. ¶ Oz radix omnium malorum sit philargyriai  
 id est argenti pecuniaeque amor atque cupedia: clarum est. Nam auertit ab amore dei:  
 et amorem qui sua natura coelestis est deflecit detinetque in terram non aliter q̄ sepum  
 coelestem flammam quasi auaram inferioris pabuli detinet ad ima, quae si emicare  
 80 sursum nititur: statim extinguitur. ita et auari mens: si sursum tendere vult non sentit  
 amorem. imersus enim rebus terrenis: in altis viuere non potest. Extinguit igitur pecuniae  
 amor charitatem dei: quod maximum et capitale malum est. extinguit charitatem ad  
 proximum: vt cuius amplioribus fortunis iuidet. aut bonis eius si mediocri fortuna est  
 inhiat: aut si omnino pauper molestus est enim de rebus eius quicquam petat aut absumat.  
 85 Ne lucrum non faciant substam tiae terrenae: sabbata violant et nichiliducunt lucrum  
 perdere vitae aeternae. Si parentes viuunt? si opulenti sunt: vita eorum eis tedium affert.  
 et mortem et patris et matris optant: vt diuitiis eorum potiantur augeantque ifoelicis  
 auaritiae suae cumulum. Ecce quo modo parentes ihonorant. Sed quot iam: propter  
 pecuniae amorem thori sacramentum violarunt tam viri q̄ mulieres? Ar bitror apud  
 90 iferos illorum miserrimum esse eiulatum. Vnde furtal vnde aliorum opum concupiscentem  
 tiae: nisi ex insano pecuniae amore? Quotusquisque nunc magistratus et honores ambit:  
 vt queat diues fieri neque santis vnq̄ marsupia nummis abundant? Non est species  
 malil quam haec virosa radix quam diabolus fixit non proferat: vt admodum certum sit  
 quod spiritus locutus est in Paulo radicem omnium malorum esse pecuniae cupiditatem.  
 95 pecunia id malum non est radix illa non est: sed ipsa circa pecuniam cupiditas quam  
 summopere fugere oportet. Neque satis est eam fugere: nisi etiam sequamur quae dei  
 prece apostolus hic iubet esse sequenda, cum ait.

X

I TIMO.

¶ Tu autem o homo dei: haec fuge. Prosequere: iustitiam pietatem fidem dilectionem

[ p.212 ]

\*patientiam mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei. Appraehende vitam aeternam:  
 100 ad quam et vocatus es et confessus es bonam confessionem sin conspectu multorum  
 testium. ¶ Certamen Timothei erat contra falsitatem erat contra infidelitatem: quam  
 vincendo et extirpando vita premiabatur aeterna. Hec enim erat bona dei voluntas.  
 Confessionem bonam confessus est Timotheus: in conspectu multorum testium. nam  
 publice fatebatur dominum nostrum Ihesum totum saluatorem natum de virgine in  
 105 terris visum pro peccatis nostris mortuum pro gloria nostra a mortuis surrexisse et  
 reliqua omnia quae sanctissimae fidei sunt consentanea. Nunc arctissime praecipit  
 Paulus eidem Timotheo: vt quod sibi mandatum est inuolabiliter seruet. Sic quodque  
 dei mandatum inuolabiliter custodire debet quisque episcopus: vt qui rationem eius reit  
 in die aduentus domini sit redditurus. quem ille qui solus beatus est potens est inuisibilis  
 110 ( et immortalis rex et dominus omnium suo tempore visibiliter manifestabit. Ait ergo. ¶  
 Praecipio tibi ante deum viuificantem omnia et CHRISTVM IHESVM IQUI testatus  
 est sub Pontio Pilato bonam confessionem: vt serues praeceptum immaculatum sine  
 reprehensione vsque; ad apparitionem domini nostri IHESV CHRISTI. quam propriis  
 temporibus: ostendet beatus et solus potens rex regnantium et dominus dominantium  
 115 qui solus habet immortalitatem lucem habitans inaccessibilem. quem nemo vidit  
 hominum neque videre potest. Cul: honor et potestas aeterna. Amen. ¶ Vt deus  
 omnibus dat esse: ita omnibus qui viuunt dat viuere. Nam ipse solus est omnium  
 entitas et omnium vita. Sed age: quam bonam confessionem testatus est dominus noster  
 saluator omnium et viuificator sub Pontio Pilato? Rex sum ego. ego in hoc natus  
 120 sum et ad hoc veni in mundum: vt testimonium perhibeam veritati, omnis qui est ex  
 veritate: audit vocem meam. Vere rex noster et omnium: qui in hunc mundum  
 venit et nos omnem veritatem quae aestimanda est docuit et omnes qui sequuntur  
 eum. quia audierunt vocem eius: et obediunt praeceptis eius. Ipse est rex regnantium  
 et dominus dominantium: vt in sacra visione vidit dilectus dei discipulus. Vestitus  
 125 (inquit) erat veste aspersa sanguine: et vocabatur nomen eius verbum dei. Et subdit. Et  
 habet in vestimento et in femore suo scriptum: rex regum et dominus dominantium.  
 Praeterea: haec et id beatus solus potens: communia habet cum patre et spiritu sancto et  
 theologiam cataphasim respiciunt. Quae autem ex sequentibus intelliguntur solus  
 immortalis inaccessibilis inuisibilis impossibilisque videri: ad sacram de eo pertinent  
 130 ignorantiam sacramque non solum in terra sed et in coelo silentium et ad theologiam  
 quam sacre philosophantium dux vnus Dionysius appellat apophaticam. Et haec vniuersa:  
 absolute et incontracte deo conueniunt. caeteris autem si qua conueniunt vt beatitudo  
 potentia maiestas dominatio immortalitas inuisibilitas: participatiue et contracte conueniunt.  
 at sic participantia cum absolutis et contracta cum incontractis consentiunt: vt finita  
 135 cum infinitis. Est enim visus in corpore: intellectus contractus. et sensualis appetitus:  
 contracta voluntas. at quae corporeus visus non est intellectus et sensualis appetitus non est  
 voluntas: tam angeli et homines si ad deum in absolute conferas simo infinito plus  
 neque beati neque potentes neque sunt neque esse possunt. sunt tamen et possunt: suo  
 modo. Nam cuiusque modus: contractio est. ergo deus absolute talis sine modo supraque  
 140 omnem modum. Et vt varie intellectus in variis contrahitur nam aliter in visione ali ter  
 in imaginatione: ita beatitudo et potentia) et reliqua id genus quae non nisi contracte  
 creaturis tribuuntur varie in angelo et varie in homine contrahuntur. Sed (vt par est) haec  
 omnia incontracta: soli deo tribuit apostolus. Verum iis dimissis quae ad altissimum  
 philosophandi de deo modum spectant: reuertitur ad dandum Timotheo pro diuitibus

145 huius saeculi praeceptum. Nam et ipsi saluari possunt: si oculum spemque conuertunt.  
 Terrena attendentes superbiunt: tanto magis humiliantur coelestia attendentes quae  
 ipsi perdunt. Opes respiciunt quia bonae sunt: deum respiciant quia summum bonum  
 et superans omne bonum. Opes amanti quia delectabiles sunt: multo magis ament  
 deum quia summum est delectabile. Confidunt in opibus quia ab indigentibus in hoc  
 150 mundo liberant: se conuertant et confidant in deo quia ab omnibus indigentibus non  
 modo in hoc mundo sed et in altero vere liberat ac solus liberare potest. solus dat veram  
 sufficientiam: qua habitat nullum ultra torquet cruciatque animum habendi desiderium.  
 bona eius sunt constantissima certissima enim irreptibilia: vitam non parui temporis sed  
 aeternam praebentia. Hoc igitur pro eiusmodi: sanctum et salutare (si audiunt) ponit  
 155 praeceptum apostolus dicens. ¶Diuitibus in presenti sunt saeculo praeceptum: vt non  
 alte sentiant neque sperent in incertitudine diuitiarum sed in deo viuo qui praebet nobis  
 omnia opulente ad delectabilem vsum vt bene agant? vt diuites sint in bonis operibus vt  
 facile contribuant. communicatiui thesaurizantes

## COM.

160 ,sibiipsis fundamentum bonum in futurum: vt aeternam vitam apprehendant. ¶Hoc  
 praeceptum multa pariter complectitur. Primum: vt diuites non alte non superbe sapiant.  
 nam diuitias huius saeculi comitari solet superbia: quae nisi per humilitatem cordis  
 repressa fuerit ipsi fructum bonum facere non possunt neque venire ad vitam. est igitur  
 illa de se alte sentiendi opinio: ante omnia extirpanda. Secundum: vt non sperent  
 in incertitudine diuitiarum suarum. incerti sunt quantum sibi duraturae sunt: immo  
 165 quantum ipsi suis diuitiis duraturi. quo modo igitur in rebus vtrinque tam incertis: sperare  
 possunt? sed in deo viuo diuitiarum omnium largitore ad vere delectabilem vsum:  
 confidant qui incertum non est bonum qui omnibus semper durat et cui omnes semper  
 durabunt aut in fruitione aeternorum bonorum aut in gehemna tormentorum. Tertium:  
 vt ex diuitiis suis bene agant. non fecit deus soleml vt sit ociosus: ita neque diuitias  
 170 vt sint ociosae. sed omnia illat fecit propter vsum. Diues homo qui bonis suis non  
 vtitur: accensum lumen claudit in archa accenso etiam lumine semper noctem habens.  
 Liberalis contra: semper lumen habet in apertoshaud secus q̄ si in sole esset numq̄  
 noctem sentiens. nescis enim q̄ qui in coelo habet. tunc noctium et dierum vices non  
 habet: sed semper est in die? Quartum: vt bonis operibus sint diuites. Nam aurum  
 175 argentum census? et possessiones non sunt verae diuitiae: sed bona opera maximel quae  
 diuinas gratias comitantur. ac deinde virtutes nostrae industriae earumque opera. Q  
 uintum: faciles sint et prompti contribuendol et bene contribuendo. Nam qui aegre et  
 difficulter id faciunt: adhuc auaritia veterno languent et nondum amputata est pecuniae  
 cupiditas quae est radix omnium malorum. Sextum: diuites sint communitatiui. sic  
 180 enim melius intelligunt: quibus bonorum suorum beneficia digne sint impartituri. Et  
 haec facientes: vere diuites erunt recondentes sibi fundamentum bonum vitae futuraetin  
 aeterna aedificatione. Vltimum praeceptum Timotheo apponit. Vt talentum sibi creditum  
 gratiam sibi depositam custodiat: et haereses euertat et destruat. et in hoc valefacit ,sancta  
 vt solet et pia valedictione. Ait itaque . ¶O Timothee depositum custodi: euertens  
 185 prophanas vocum vanitates et oppositiones gnoseos falso nominatae. quam quidam  
 promittentes: a fide aberrauerunt. Gratia tecum. Amem. Ad Timotheum primal scripta

[ p.6 ]

Laodiciae. ¶ Episcoporum est: fideles instruere auersos conuertere et ex ifidelibus  
constituere fideles haereses euertere et omnem vanam eruditionem funditus extirpare  
sanctorum apostolorum qui haec omnia sublimiter et valide faciebant (remota licet)  
190 imitatione. qđ et de Gnosticorum vanitate: hic apostolus Timotheo iubet faciendum.  
Gnostici enim authore Irenaeo: a Simone mago profluxerunt et a gnositi id est cognitione  
seu scientiae sed falso nomine (vt ait apostolus) dicti Gnostici etiam falso nomine dicti  
sunt. vocant enim se cognitiuos: et nichil cognoscunt. scientiam fidei promittunt: et  
a fide aberrant. Et horum vocabula yt et Simonis magi: cenophoniae id est vanae  
195 voces sunt et a re signifiata vacuae multo magis qđ Chimerae et Hippocentauri. Simon  
magus figmentum ponebat virtutem quandam conditore mundi superiorem quam deum  
appellabat: estque deus Simonis magi nomen inane. et de deo vero dei nomen negat:  
vt figmento tribuat. Sic figmenta sunt apud Gnosticos Barbelo vt virtus masculinae et  
ennaee vt foeminae et tota proles Prognosis aptharsiae et Zoel et phos: et nus et logos  
200 et thelema. Quid Barbelo sonat supremae virtutis eorum figmentum: incertum. caetera  
latine dici possunt? intelligentia praescientia incorruptibilitas vita lux mens ratio  
voluntas: pulchra profecto vocabula sed (vt ipsi vtuntur) vana prorsus( et fictitia. de veris  
enim negant: vt figmentis et quae nichil funt et nichil esse possunt tribuant. Coniugia  
etiam figmenta iunt daemonum: ennaeae et logit aptharsiae et phos quem Christum  
205 appellant Zoes et thelematos nus et prognoseos, id est coniugia intelligentiae et rationis  
incorruptibilitatis et lucis vitae et voluntatis mentis et praescientiae. Et aeterna id est  
saecula omnia ipsorum: diabolica sunt figmenta. nomina quidem magna et curiosa:  
res vero nulla iuxta eorum intelligentiam respondens neque respondere potens etsi pu  
tent aliquid respondere. sic eos figmentis illudit diabolus. Haec magnificorum nominum  
210 glumal non solum Gnosticos et eos qui ab eis seducti sunt decepit: sed et Platonicos  
multos de vnosideal et anima mundi. quae ad Platonicorum intelligentiam (vt verbo  
Pauli vtatur) cenophoniae sunt et voces vacuae rebus (pace eorum dixissem) sed malo  
pacem Christi. quam illis omnibus bene opto: et sancti spiritus sequi doctrinam. Sed  
diuinus ille Socrates asseruit. Diuinum dixerim: si quem placet dici diuinum qui edoctus  
215 sit a daemonio. At quid nam aliud daemon doceret de diuinis: nisi ea quae sunt maxime  
ardua et magnificata figmenta deducere? odit enim veram diuinitatem: et gaudet fictam  
et ementitam inducere. et magnifico verborum apparatu: nobiliores ludificare sensus.  
At multilinguis hydrus libilat: Augustinum celebrasse ideame

x

I TIMOT

Esto. sed plane (vt vir sanctus) ad catholicam non ad Platonicorum intelligentiam  
220 ideae nomen Christo filio dei tribuit. quem Porphyrius Plotinus Iamblicus Proculus et  
caetera Platonicorum turba non negant modo: sed persequuntur eiusque aduersantur  
doctrinam. quorum libri a recentioribus Platonicis: etiam nunc ad astra feruntur. Et vt  
Augustinus: sic etiam celeberrime intelligentiam incorruptibilitatem vitam lucem mentem  
rationem diuinamque voluntatem: non ad Gnosticorum sed ad Christianam sanctam  
225 piamque intelligentiam, non enim in verbis peccatum: sed in intelligentia verborum  
mentisque adaptatione. Sinamus igitur hos et illos et omnes vaniloquos valere: et  
omnes contra fidem obices euertamus eos a nobis protinus repellendos vt iniectionibus

[ p.213 ]

angues. et sequamur Christum regem nostrum vera cognitione et scientia: eum ex studio  
 230 sacrorum eloquiorum celebrantes et nunq̄ vana curiositate aut mentis praesumptione a  
 semita spiritus sancti discedentes vnum deum in substantial et trinum in hypostaticis  
 beatitudinibus confitentes. Quem decet omnium creaturarum laus perennis immortale  
 decus verendum imperium regnum omnium seculorum et gloria incomprehensibilis: in  
 omnia saeculorum saecula. Amen.

\*¶EXAMINATIO nonnullorum circa literam. ¶ Vulgata aeditio. Quia beneficii  
 235 participes sunt. ¶ Legendum: qui beneficii. Paulus. ἅτις τῆς ὑπερυψίας ντιλαμφαυό  
 . ρόμεροι. ¶ Vulgata aeditio. Superbus nichil sciens sed languens circa questiones  
 et pu» gnas verborum. ¶ Quod vetus interpres dicit superbus: verbum est praeteriti  
 temporis apud Paulum quod superbire et inaniter se iactare significat, qui enim aliter  
 docebant q̄ apostoli tradiderant: superbiebant docentes audentes ac praesumentes quae  
 240 docenda non erant. et nequicquam vane iactabant: se ea scire quae nesciebant. O quot  
 et hodie sunt qui relictis apostolorum doctrinis circa diuina superbiunt: se vanis in  
 rebus iactantes circa questiones pugnasque verborum elanguentes. qui de numero eorum  
 sunt: quos spiritus domini cuidam religioso viros fratri Roberto in spirituali visione  
 ostendit lapi dem magnum et oblongum rodentes. ex quo duorum capita serpentium  
 245 exertis micantium linguis: prominebant. quam vt legentes ab huiusmodi inanibus friuolis  
 et infructuosis respiscerent studiis: veram esse puto. Optimum sane est: in sacrarum  
 literarum doctrina se continere et earum intelligentiae non humana praesumptione  
 quaesitae sed diuini spiritus illapsione insistere aut Petri in Clemente sequi sententiam.  
 Diligenter (inquit) obseruandum est: vt lex dei cum legitur non secundum proprii ingenii  
 250 intelligentiam legatur. sunt enim multa verba in scripturis diuinis: quae possunt trahi ad  
 eum sensum quem sibi vnusquisque sponte praesumpsit. quod fieri non oportet. non  
 enim sensum quem extrinsecus attuleris alienum et extraneum debes quaerere quomodo  
 ex scripturarum autoritate confirmes: sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et  
 ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum: qui eam a maioribus secundum  
 255 veritatem sibi tra ditam seruant, vt ipse possit ea quae recte suscipit: competenter  
 asserere. Cum enim ex di uinis scripturis integram quis susceperit et firmam regulam  
 veritatis: absurdum non erit si aliquid etiam ex eruditione communitac liberalibus studiis  
 (quae forte in pueritia attigit ) ad assertionem veri dogmatis conferat. ita tamen vt  
 vbi vera didicit: falsa et simulata declinet. Haec Petrus. Sunt praeterea sacrae literae  
 260 delicatissimus panis et sacra spiritualis intelligentia optimum coelesteque vinum: et  
 vtraque vitalis et saluberrimus ani mae nostrae cibus, quem qui dimittunt ob inanes  
 verborum pugnas: anguiparum proculdubio ( nichil vitaliter proficientes) erodunt faxum.  
 similes iss quos Prudentius vir deo dignus in Apotheosi excratur dicens. Soluunt  
 ligantque questionum vincula: Per syllogismos plectiles. Vae captiosis sycophantarum  
 265 strophis. Vae versipelli astutiae.

Sed si Paulus Christi dei aeternaeque ; sapientiae apostolus ssi dei spiritus in  
 propheticum viro / si Petrus ecclesiae columnen si Prudentius immo nullus prudens audiuntur:  
 quomodo do nostrum valebit consilium? Nisi certe Christus erigat: ingenia prostrata  
 sunt in imas se sua sponte deuoluentia latebras inanesque nenias. Et scimus qui illa  
 270 scabie pruriant: eis nostra monita non placeret non aliter q̄ infirmis medicorum antido-  
 tassalutaresque phar matias. Sed non ob id ipsum: desinit medie admonere et si potest  
 etiam sanare. Nos nul li inuidemus nulli malum volumus: sed si possumus magnum et  
 salutare bonum. Paulus. τετ ὑφωται μηλέρ τιςάμερος, λλά υοθ μ περι Ζητήσις

και Αογο,μαχίασ. ¶ Vulgata aeditio. Ex quibus oriuntur inuidiaescontentiones. ¶ Ex  
275 Paulo singulariter dicitur est fit aggnitur siue ortur iuidia lis fue contentio. Paulus.es  
op

## COM

[ p.6 ]

γίρεται φοονοσ, ρισ. ¶ Vulgata aeditio. Existimantium quaestum esse pietatem, est  
autem quaestus magnus. ¶ Continuo post pietatem: deest enim particula integrat absistito  
siue procul esto a talibus. Paulus. ρομιςόρωμ ττοριςομδμ ειραι τήμ υγέρειαν,  
280 φίςατο πδ τ μ τοιούτωρ, ςι λè τοριςομοσ μέγασ. ¶ Vulgata aeditio. Inci ,dunt  
in tentationem et laqueum diaboli et desyderia multa. ( Diaboli: abundat etsi intelli  
gentiae nichil officit. Paulus. μιτί πουσιμ ισ πειραςομδν, και πάγι λαν και ττια  
σουμίας πολλάς. ¶ Vulgata aeditio. Inutilia et nociua. ¶ Potius dicendum: amentia/ siue  
irrationabilia et nociua. Paulus. αουο τουσ Και φλαθεράσ. ¶ Vulgata aeditio. » Radix  
285 enim omnium malorum em cupiditas. ¶ Cupiditas generalius exprimit q̄ Paulo dicit. Nam  
vocabulum Pauli specialius designat argenti nummil pecunieue cupiditatem. qua maxime  
fer uent qui volunt diuites fieri: et quam quidem foedam animi perturbationem nostri  
enim ferme vo cabulo auaritiam nominant. Paulus. ρι τα γ ρ τάυτωσ τ μ Κακ μ ςίμ  
η φιλαρue ,ρια. ¶ Vulgata editio. Vsque in aduentum domini nostri IHESVCHRISTI.  
290 ¶ TPotius: apparitionem q̄ aduentum hic Paulus habet. Paulus. μεχρι τησ πιφαμείας  
το κυρίου » μ μ μσοδ χρισο . ¶ Vulgata aeditio. Rex regum et dominus dominantium.  
¶ Potuit vets iterpres dicere rex regnantium vt dixit dums dominantium. Cur enim non  
aequo iure primo loco purticipium p participium iterpretatus entvt secundo subinde fecit  
loco? Paulus. Ρασι λEUσ TOU Φασι λευόυτων, Και κύριος τ μ κυρι ευόρTOU. ¶  
295 Vulgata aeditio. ¶ Et lucem habi,tat iaccessibilem. ¶ Quia vetus iterpres participium  
mutauit in verbum: copulandi particulam iis adiecit q̄ sine ea particula Paulus profert.  
Paulus. Q σ ικ μ ττρόσιτο ρ. ¶ Vulgata ,aeditio. Sed nec videri potest. ¶ Actiue potius  
videre. Paulus. ουΑè λε μ λύματα» ¶ Vulgata aeditio. Praecepte non sublime sapere  
neque sperare in icerto diuitiarum et Dictum em alias nostros malle dici ac iterpretari  
300 non alte sentireq̄ sapere. Et in abstracto dicitur i icertitudine. Paulus. παράγγε λλε μη  
χηλοφορε φ, μηλè ηλπηχέμαι ττι » ωλούτου αΑυλότυTi. ¶ Vulgata aeditio. Qui  
praestat nobis omnia abunde ad fruendum. ¶ Qui abhorrent dicere nos frui rebus a diuina  
etiam prouidentia elargitis: minus anxie fe rent si dicatur ad delectabiliter vtendumi  
siue delectabilem vsum. Et certe etiam spirituales virit bona dei participantes: fruuntur  
305 at non tam rebus q̄ deo largitore rerum. Cum enim cogito deum tam suauiter omnia  
dispensare: quomodo in re domini mei et praesertim quia domini mei tam be nigne tam  
suauiter omni rei prouidentis possim non delectari? Et hoc e: in hoc mundo frui. et  
ad sic fruendum: omnia nobis suppeditat deus. Alius autem est in hoc saeculo fruendi  
modus: de quo hic non est sermo. Et ad hunc et ad illum fruendi modum: vocabulum  
310 hoci plane em homony mum. Paulus. τ τταρέ χομτι μίμ πάυτα ωλουσίωσ, ς  
τόλαυGth. ¶¶ Vulgata aeditio. Communicarei thesaurizare sibi fundamentum bonum  
in futurum vt apprehendant veram vitam. ¶¶ In principio Paulus nominibus et parti cipiis  
vtituri non verbis. Et codices sunt qi fi nelaeternam habent vitam non veram. Paulus.  
κοιμωρικους, ττοθησαυρίφορτας αυρο σ οενέλιομ Καλδν εις τδ μέλλομ, μα  
315 πιλάθωυται τησ ιωυίου τους¶ Vulgata aeditio. Deuitans prophanas vocum nouitates.

¶ Dicitur potest: euerterens. Et vocabulum quo utitur Paulus: potius vanas inanesque voces significat quā nouas voces aut uocum nouitates. Paulus. κτρετόμεμοσ τασ περή λουσ Ρεμοφωμίας. ει Vulgata aeditio. Et oppositiones falsi nominis scientiae. ( Quod hic vetus interpres dicit scientiae: gnosis a Paulo dicitur unde Gnostici dicuntur quae  
 320 perperam et falso gnosis nominatur. Cum gnosi et verae quidem gnosi:sit opposita. Paulus. καὶ ἀμτιθέσεισ τῆσ Ρευλωρύμον γρώσσωσ. Et apud Grecos subscriptio habetur. Prima ad Timotheum scripta Laodociae.

CCOMMENTARIORVM IN EPISTOLAS BEATISSIME PAV. APOSTOLIJ DEC-  
 IMO LIBRO QVI EST EPISTOLAE PRIMAE AD TIMOTHEVM EXPLETO: CHRISTO  
 325 DOMINO CVM PATRE ET SPIRITVSANCTOIVNI DEO OMNIVM LARGITORI  
 BONORVM GRATIAEIN PERPETVVM AMEN.